HALIEUTICA

GRATII ET NEMESIANI
CYNEGETICA
EX RECENSIONE

OVIDII HALIEVTICA

GRATII ET NEMESIANI CYNEGETICA

EX RECENSIONE

MAVRICII HAVPTII.

ACCEDVNT INEDITA LATINA

ET TABVLA LITHOGRAPHICA.

LIPSIAE

APVD WEIDMANNOS.

A. 1838.

ERNESTO FRIDERICO

PATRI CARISSIMO

D.

M. H.

PRAEFATIO.

Si qua sunt in hoc uolumine quae conducere uideantur grammaticae, haec omnia non tam mihi accepta referri cupio quam uiris doctrina et humanitate praestantissimis qui bibliothecam palatinam Vindobonensem usui meo lauta liberalitate concesserunt. nam ingens ille litterarum thesaurus omnia mihi suppeditauit quae hoc libello comprehendenda censui; ego uero si quoad uires et praesens consilium permittebant perpolire comparatam materiem et ad utilitatem conformare conatus sum, nihil egi amplius quam quod bonitas eius et ipse ille amicorum Vindobonensium fauor flagitabant.

Dudum in memoria mea insederant quae Andreas Guilelmus Cramerus in chronicis domesticis suis de cynegeticorum Gratii codice Vindobonensi narrauit. nam cum carminis huius, mediocris quidem, sed non contemnendi tamen grammatico, ex quo primum a Georgio Logo editum est, nullum exemplar antiqua manu exaratum a quoquam pertractatum esse scirem, praeterquam quod Parisino codice, qui primos centum

et undesexaginta uersus continet, non nulli usi sunt, operae pretium facturus esse mihi uidebatur si quis librum Vindobonensem diligenter examinaret, unde partem mendarum, quarum non exiguum, ut in paruo carmine, numerum esse intellegebam, continuo emendari artisque exercendae commodissimum instrumentum et quasi stabile firmamentum parari posse sperabam. etsi enim Vindobonensem codicem eundem esse suspicabar ac Sannazarii librum, ex quo halieutica Ouidii Gratiique cynegetica in noua exemplaria transcripta sunt, non putabam tamen Aesiandrum aut Logum accuratius in ea re uersatos esse quam plerosque qui illa aetate ueterum scripta in publicam utilitatem protulerunt. neutra me opinione falsum esse repperi cum ante aliquot annos Vindobonam delatus codicis usum nullo negotio impetraui. tantam enim tamque officiosam et in hac re et in multis aliis per integram aestatem Kopitaris Eichenfeldii Endlicheri Wolfii liberalitatem expertus sum, ut maxime propter hos optimos uiros commorationis meae Vindobonensis cum magno saepe desiderio recordari soleam.

Dixit de illo libro Stephanus Endlicherus in catalogo suo codicum philologicorum Latinorum bibliothecae Vindobonensis, p. 121 s. codex nunc est 277, cum olim esset inter philologicos 387, formam habet quam nos octauam dicimus, ex partibus autem constat inter se dissimillimis. ac primum quidem membranae siue, ut consueto uocabulo utar, folia quadraginta commentarium saeculo decimo exaratum continent quo Iuuenalis satirae sex priores explicantur cuius partem edidit Cramerus comment. uetust. in

Iou. p. 568 etc. deinde in membranis quattuordecim Alberti magni philosophia pauperum a manu saeculi quinti decimi scripta est. sequuntur membranae undeuiginti maioris pretii et saeculo nono non inferiores aetate. in prima pagina siue in totius libri, qualis nunc est, folio 55 r. leguntur primum carminis Eucheriae uersus postremi duodecim. contuli eos cum editione Wernsdorfii (p. L. m. 3, 100 ss.). uersu 21 *onagro* scriptum est, non *onagris*, quod Cramerus dedit chron. p. 215, uersu 22 *dāma*, 23 *uiciet nunc laus erat etra rosatum*, non *rosarum*, qui Crameri error est, 25 *sociamus* et *baratrum*, 26 *inriguus*, 28 *filomela*, 31 *incestis* et *fatis*, non *incertis* et *fortis* uti Cramerus perhibet, 32 *euoeriam*. haec excipiunt in eadem pagina halieutica Ouidii. quibus post unius uersus interuallum adiectum est Apollinaris Sidonii epigramma a Pithoeo p. 159 editum

Ceruus aper coluber non cursu dente ueneno
uitarunt ictus maioriane tuos.

his finitur folium 58 r. in uerso folio incipiunt cynegetica Gratii, quorum uersu 541, postremo nunc post reliqui carminis iacturam, terminatur folium 70 uersum. sequuntur tria folia scripta a manu non eadem quae Ouidii et Gratii carmina exarauit, sed simili et eiusdem aetatis atque ut ad eundem librum has paginas pertinuisse idem in una quaque uersuum uicenorum binorum numerus satis demonstret. continentur autem eis epigrammata aliquot Martialis, primique in primo folio, siue in folio totius codicis 71, hi sunt uersiculi

OVIDII HALIEVTICA

GRATII ET NEMESIANI CYNEGETICA

EX RECENSIONE

MAVRICII HAVPTII.

ACCEDVNT INEDITA LATINA
ET TABVLA LITHOGRAPHICA.

LIPSIAE
APVD WEIDMANNOS.
A. 1838.

OVIDII HALIEVTICA

GRATII ET NEMESIANI CYNEGETICA

EX RECENSIONE

MAVRICII HAVPTII.

ACCEDVNT INEDITA LATINA
ET TABVLA LITHOGRAPHICA.

LIPSIAE
APVD WEIDMANNOS.
A. 1838.

atque in codice Vindobonensi legitur, Aesiandri uel Logi consilio aut neglegentiae, non alius codicis auctoritati tribuendam esse asseuero.

Sed codicem Parisinum 8071, qui antea Thuani fuit et olim Claudii Puteani fuisse uidetur, in Vlitii gratiam descripsit Crommonius, ut ipse Vlitius Nicolao Heinsio narrat in sylloges Burmannianae t. 3 ep. 29. eundem codicem cum halieuticis Ouidii contulit N. Heinsius, cum Gratii carmine Doruillius: inspexerunt eum etiam alii ipsumque Pithoeum paucula quae ex uetere codice attulit hinc petiuisse et quod in Gratii uersu 235 ueterem librum *Consequitur* habere dicit, cum in Thuani libro carmen uersu 159 terminetur, nihil nisi errorem esse existimo. ego uero ut multo accuratius prioribus grammaticis et ut nulla relinqueretur dubitatio quae in Thuani codice leguntur afferre possem factum est humanitate Friderici Duebneri, uiri clarissimi, qui rogatu meo Ouidii et Gratii uersus singulari plane diligentia descripsit. codex, quem saeculo decimo scriptum esse periti existimatores affirmant, continet satiras Iuuenalis, epigrammata Martialis, epithalamium Catulli, uaria carmina minora, excerpta ex tragoediis Senecae: tum fol. 58 r. col. 2 sequuntur *VERSVS EVCHERIAE POETRIE*. hos in uerso folio halieutica Ouidii excipiunt, quae pertinent ad mediam folii 59 recti columnam alteram. interpositum idem Sidonii epigramma quod in Vindobonensi codice halieuticis additum est sequuntur cynegetica Gratii, non distinctis carminis uersibus scripta, nisi quod uersum 150 et nouem qui post eum sequuntur librarius recte disposuit, non ultra medium uersum

ERNESTO FRIDERICO

PATRI CARISSIMO

D.

M. H.

maticos: ego uero quod pro monstroso illo *nec liceat quę* u. 416 dedi *neclectaeque*, id est uilis et contemptae uulgo, antiqua scribendi consuetudinis obseruatione item confirmatur. sed in eodem uersiculo quod legebatur *Imponasque pices*, id mendosum esse complures intellexerunt: nunc, postquam *Iponiasque* in codice inueneram, uerum uocabulum *Hipponiasque* ultro mihi apparuit. intellegitur autem pix Brutia, de qua omnia nota sunt. illud addo, in ueteris grammatici ad Virgilii ge. 2, 438 annotatione, quam N. Heinsius ad Ouidii rem. am. 264 ascripsit, legendum esse *Narycíae, Brutiae, quae in Sila fiunt*, non *in silua*, neque, ut Heinsius uoluit, *ea in silua*. ceterum *Hipponias* non puto continere synizesin, quo adminiculo aliquanto saepius hodie grammatici quam olim poetae ueteres utuntur, sed esse choriambum, correpta propter uersum altera syllaba. multa eius modi apud Latinos pariter atque apud Graecos poetas inueniuntur: ut unum commemorem, *Paeonius* eadem syllabae correptione fere ubique dicitur. aliter statuendum esse uidetur de Petroniis canibus quos Gratius u. 202 et 206 commemorauit. hoc enim nomen ut Gallicum esse consuetamque Gallicorum nominum mensuram retinuisse existimem praeter non dissimilem nomine Petrocoriorum gentem illud me mouet quod simul commemorantur canes Sycambri et uertrahae. Sycambros enim Germanicam gentem fuisse constat, *uertraham*, quam *uertragum* uel *uertagum* alii dicunt, ut recentiores formas taceam quas Cangius contulit, Celticum esse uocabulum Arrianus docet de uen. 3, 6 his uerbis *αἱ δὲ ποδώκεις κύνες αἱ Κελτικαὶ καλοῦνται μὲν οὐέρτρα-*

γοι κύνες φωνῇ τῇ Κελτῶν, ὀυκ ἀπὸ ἔθνους οὐδενός, καθάπερ αἱ Κρητικαὶ ἢ Καρικαὶ ἢ Λάκαιναι, ἀλλ' ὡς τῶν Κρητικῶν αἱ διάπονοι ἀπὸ τοῦ φιλοπονεῖν καὶ αἱ ἰταμαὶ ἀπὸ τοῦ ὀξέως (scr. ὀξέος) καὶ αἱ μικταὶ ἀπ' ἀμφοῖν, οὕτω δὴ καὶ αὗται ἀπὸ τῆς ὠκύτητος. qui *Petronios* canes eosdem esse putarunt ac *petrunculos* legis Burgundionum (add. 1 tit. 10), non uidentur falsi esse opinione sua: quid quod eodem pertinere suspicor Hispanicum *perro*, quod uocabulum Couarruuias ad πῦρ mirabiliter rettulit.

Vbicunque nullo auctore memorato Ouidii Gratiique uerba, qualia in codicibus leguntur, mutaui, Venetum exemplar emendationem suppeditauit. sed saepe perperam a codice Logus aut ante eum Aesiander desciuit, partim neglegentia, partim coniecturis sine arte atque probabilitate factis. quarum rerum commemoratione cum annotationum mearum aequabilitatem conturbare nollem neque tamen quid peccatum esset in illa editione inutile scitu esse existimarem, horum errorum recensum ita hic proposui ut non adderem si quid in eisdem uersibus recte scriptum esset, ueluti *namque* in Ouidii uersu altero. itaque haec inueniuntur apud Logum. Ouidii uersu 2 *minaci*, 13 *ueniens*, 15 *dampus nataret* scriptum est, 17 *lita* omissum, 18 non *Vber seruato* scriptum, sed* *nato*, 21 *illa cruorem*, 22 *uices*, 23 *immanis*, 24. 25 *sedet armis in austri*, 28 *conuersa*, 35 *retis*, 44 *sibi et eo minus*, 52 *mouet*, 53 *Impiger et telo*, 57 *Prodidit*, 71 *decoratur*, 92 *uarias*, 104 *Orphas*, 108 *gemino fraudata parente*, 120 *Menælamirosque*, 123 *Et squalus tenui*, 127 *pas.**, 132 *sinuosaque*

*cess**. Gratii u. 17 *Centum — centum*, 18 *Naiades et Latii cultor qui Faunus amoeni*, post u. 23 duo asterisci, 24 *cassesque plagarumque ordiar*, 26 *quadruplici*, 45 *exterritur*, 46 *Alabandicus*, 49 *sentibus*, 53 *crassaeque modum*, 55 *fluctus*, 58 *annus*, 60 * *Imbiberit* et *orsu* pro *usus*, 64 * *freta* et *tractare*, 67 *aruis*, 69 *cultosque ferit Tyrinthius orbeis*, 72 *patrauit*, 79 *ab*, 85 *dolus*, 87 *extritis*, 91 *reget*, 93 *cum*, 111 *furcas*, 117 *Macedûm*, 120 *liuania*, 126 *sagittas*, 135 *haurit*, 151 *Lustramur*, 161 *hyrcanae* et *genti*, 162 *Tanta: suis*, 165 *grauis*, 179 *Ad*, 182 *cum parat*, 189 *furor*, 202 *Petronios (sic fama) canes*, 210 *syluis*, 211 *uestram*, 239 *celsasue — aures*, 241 *circa* et *aspretis* * *medius*, 242 *notasse*, 244 *Rarum*, 252 *Dianea*, 255 *Seu morit uoces*, 261 *reuellat*, 267 *iungunt*, 268 *aut quae*, 270 *morsibus*, 273 *non — non*, 281 *patitur*, 285 *cunctos*, 290 *ipsae*, 294 *tenet* * *ea* * *tergo*, 304 *Ac*, 340 *cauaque*, 343 *curua — noua peruia falce*, 350 *nosse*, 364 *districto*, 369 *morbus*, 370 *iussaque exterritus*, 377 *ualles*, 380 *redilurus*, 390 *amaram*, 399 *anni*, 413 *promouet*, 415 *Imponasque pices immundaeque*, 418 *est*, 419 *natura*, 427 *quantum*, 438 *des ipsis*, 440 *miserere*, 461 *Haec*, 470 *nares, scindenda ligamina*, 478 *incuratae*, 516 *murcibij*, 517 *Nasamon*, 518 *Pisis*, 519 *genus. ille uigebit*, 521 * *Nec*, 524 *artes*, 534 s. *meruere, leuis seu iungere currus Vsus, seu* omissa sunt, 538 scriptum *Et quorum*, 539 *ntum*, 541 *illustrat*.

Harum mendarum partem hominum doctorum sol-

lertia postea feliciter remouit et ut eorum suspiciones antiqua auctoritate confirmatas uiderem. etenim in Gratii carmine codex Vindobonensis totidem litteris scripta exhibet u. 58 Vlitii *annum*, 60 Barthii *unus*, 67 N. Heinsii *armis*, 161 et 162 Burmanni *gentis—suae*, 165 Salmasii et Vlitii *grauem*, 179 Barthii *At*, 182 Pithoei *comparat*, 189 I. Fr. Gronouii *fauor*, 211 Iohnsoni *uestrum*, 239 G. I. Vossii *auras*, 304 Heinsii *Ad*, 340 Vlitii *canaque*, 343 Titii *non* et Burmanni *curuae—falces*, 364 Heinsii et Iohnsoni *destricto*, 370 Pithoei *exercitus*, 377 Burmanni *calles*, 380 Pithoei *redit unus*, 390 Vlitii *amatam*, 399 Barthii Scaligeri Heinsii *aeui*, 418 Burmanni *ast*, 427 Barthii Iohnsoni Heinsii *quantam*, 438 Graeuii *da*, 440 Heinsii *miserare*, 461 Conr. Gesneri *Nec*, 478 Titii *incuruatae*, 524 Ulitii (?) *arces*. Barthio ipsi attribui etiam ea quae ex editione uetere Germanica profert, quam nullam unquam fuisse nemo poterit dubitare.

Praeter adiumenta quae Veneta editio attulit recepi aut saltem excripsi ex grammaticorum commentariis quae probabiliter inuenta uiderentur, inutiles et temerarias suspiciones silentio praetermisi. aliquot uersus Carolus Lachmannus, praeclarus litterator, ita emendauit ut sagacitatem eius et dexteritatem facile agnoscas: ego uero agnoui etiam insignem beneuolentiam. quas ipse feceram coniecturas attuli paucissimas: nam abstinendum esse uidebatur ab omni temeritate.

Sed hanc cautionem semel ita neglexi ut imprudentiae reprehensionem timeam. etenim halieutic[illegible]

uersus duodetricesimus in libro Vindobonensi ita scriptus est *Ad laxata magis connextat formiretis*, et *formiretis* quidem etiam Parisinus codex habet, neque tamen dubitari potest quin recte pro eo *foramina retis* in Logi editione positum sit. difficilior quaestio est de *connextat* uocabulo, pro quo in Parisino libro *connexat* legitur. cum certam emendationem non haberem, sed ne uitium quidem utriuscunque codicis sine arbitrio alteri anteferre possem, coniecturam quantumuis lubricam periclitari atque adeo intra ipsa carminis uerba recipere coactus sum. enimuero quod Logus et Aesiander posuerunt *conuersa*, id apertius et simplicius uidebatur quam ut tanta inde monstra nasci potuerint, neque *connixa*, quod alicui in mentem facile ueniat, propius illud quidem ad librorum deprauationem accedens, aptissimum esse existimabam: aptum esset, si diceret poeta *per laxata foramina*. scripsi *conuexa*. quam uocabuli formam etsi adiectiui propriam esse et inclinationem concauo contrariam significare abunde constat, tamen origine sua ad conuehendi uerbum referendam esse patet uerbique significationem non omnino perdidisse uestigiis quibusdam ueri simile fit. apud Virgilium, Aen. 7, 543 s., haec leguntur de Furia *Deserit Hesperiam et caeli conuexa per auras Iunonem uictrix adfatur uoce superba*. hoc omnes libri tuentur: nam quod Moreti codex habet *connexa* aperte uitiosum est, quod autem in Mediceo inuenitur, sensu non ualde laudabili, *conuersa*, id secunda manus, sed uetus, mutauit in *conuexa*, uocabulum reliquis libris atque antiqua auctoritate satis confirmatum. Seruii uideli-

cet haec est annotatio '*Probus Asper Donatus dicunt hoc loco per bis accipiendum: alloquitur Iunonem* per caeli conuexa *et* per auras. *potest tamen esse epexegesis*, per auras, *id est* caeli conuexa. *nec enim aliud sunt aurae. dicit etiam quidam commentarius* conuecta *legendum, ut sit* ipsa conuecta. *quod difficile in exemplaribus inuenitur*.' equidem *conuexa* neque ignoti illius grammatici inuento neque aliis aliorum coniecturis commutauerim, sed accedendum puto Turnebi aliorumque sententiae, qui *conuexa* quasi pro illo ipso *conuecta* uel usitatiore *uecta* dictum esse existimauerunt. eandem formam, sed significatione passiua, Cicero usurpasse uidetur in Arateorum uersu 42, his uerbis *Inde Fides leuiter posita et conuexa uidetur*. sic scripta haec antiqui ualde codices Harleianus 647 et Dresdensis, de quo alibi dicam, et princeps editio exhibent, neque reliqui codices, si qua fides collationum silentio, dissentiunt. in libro de natura deorum altero, cap. 44 (112), ubi hic uersus affertur, a nouitiis codicibus, in quibus hoc fere modo scriptus est *Inde fides leuiter posita et connexa uidetur*, antiquior longe omnibus liber Vindobonensis, exaratus saeculo decimo, eo discrepat quod haec habet *Inde fides posita leuiter et conuexa uidetur*. itaque saltem *conuexa* huius quoque codicis grauissima auctoritate stabilitur. expressit autem Cicero his uerbis quae Aratus dixit u. 268 Καὶ Χέλυς ἥτ' ὀλίγη. ita quidem haec in nostris codicibus leguntur, sensu, ut uidetur, nullo. I. H. Vossii non inscita est coniectura Καὶ Χέλυς ἧδ' ὀλίγη, *Lyra etiam istaec parua est*: commemorantur paulo ante Pliades

ὀλίγαι καὶ ἀφέγγεες. utrobique autem ὀλίγος nihil aliud quam luminis tenuitatem significat. similiter contrarium huic uocabulo πολλός ad describendam splendoris uim et magnitudinem saepius ab Arato usurpatur. illam igitur luminis exiguitatem signique obscuram et tanquam adumbratam imaginem eo declarasse Cicero uidetur ut Fidem leuiter positam et conuexam diceret, quasi conuectam aegre et leui tantum splendore apparentem. dubitanter et ut quaestionem magis existimari uelim quam coniecturam hoc addo, fortasse Ciceronem ἧτ᾽, id est ἧται, ἧσται, apud Aratum legere sibi uisum esse.

Halieuticis adieci quae C. Plinius ex eis excerpsit. cuius auctoritate mihi quidem codicum inscriptio, quae Ouidio hoc carmen attribuit, satis confirmari et a uanis hominum doctorum dubitationibus uindicari uidetur. quod si inueniretur aliquid in his uersibus quod a P. Ouidio Nasone eos non esse profectos certo argumento indicaret, nihilo tamen minus, opinor, confidendum esset testificatione Plinii, qui Ouidium halieutica supremis suis temporibus in Ponto inchoasse scribit, sed hac uterer rei explicatione, ut dicerem amisso Ouidii carmine quae ad nos peruenerunt halieutica ex Plinii uerbis sumpta esse et adaucta aliis. quamquam haec quoque coniectura tantum abest ut aliquam ueri speciem habeat, ut unius indicii momento eleuari uideatur. nam cum Plinius chromin quae in aquis nidificet ab Ouidio commemorari referat, quod non minus quam a communi ueterum opinione ab ipsius Plinii narratione dissidet, qui phy-

cidem piscium solam nidificare ex alga atque in nido parere dixerat lib. 9 cap. 26, quid ueri esse potest similius quam uersus halieuticorum 121 et 122 eosdem plane quos nos habemus Plinium legisse, sed, ut saepe alias, in legendo et excribendo a ueritate aberrasse? atque erroris causa satis manifesto apparet, dummodo ne Vlitii coniecturam sequamur phycidisque nomen in uersum 122 inferamus. immo id ipsum Plinium fefellit quod Ouidius satis habuit significasse phycidem, non indicasse nomine. cum diceret Ouidius *dulces nidos*, Virgilii exemplum secutus est, sic loquentis ge. 1, 414. Aen. 5, 214. unum est in halieuticis quod non putem ab Ouidio scriptum esse. etsi enim non ignoro *tum* et *tunc* particularum usum neque omnino prorsus exploratum esse a grammaticis neque temporum mutataeque consuetudinis obseruatione satis examinatum (ueluti, nisi aliud docebit Lachmannus, in uulgata librorum sacrorum interpretatione constanter dicitur *tunc*), illud tamen non possum credere, Ouidium *tunc* dixisse in enumeratione qualis in uersu 126 inuenitur. uerum tamen librarii errore, nam error esse uidetur, etsi certam emendationem frustra quaesiui, Plinii fides non imminuitur. quid quod non nulla sunt in breui carmine quae Ouidio peculiaria esse uideantur. ueluti dicitur u. 33 *sub lege loci:* similia ex am. 3, 2, 20 et art. 1, 142 Heinsius ascripsit. *crinalis* uocabulum non frequentant alii, Ouidius eo utitur met. 4, 6. 5, 53. 617. 9, 770. ep. ex P. 3, 3, 15: idem, quamquam alia significatione dictum, in halieuticorum u. 31 inuenitur. raro ab antiquioribus quidem poetis dicitur ali-

quid *spectabile*, quem ad modum equus *spectabilis* uocatur hal. u. 72: sed eodem uocabulo idem Ouidius crebro usus est.

Nemesiani cynegetica in eodem codice, cuius quae Ouidii Gratiique carmina continebant membranae Vindobonam peruenerunt, Sannazarium perscripta inuenisse et in Italiam secum apportasse fidem faciunt ea quae Georgius Logus in praefatione sua, postquam de Gratio locutus est, his uerbis narrat. 'Aesiander quidem' inquit 'ex uetustissimo codice, quem nobilis et cultissimus nostri temporis poeta Actius Sincerus Sannazarius Longobardicis literis scriptum ex Galliis secum aliquando attulerat, quam potuit integre et incorrupte descripsit una cum auctoribus illi coniunctis.' Ouidii halieutica dicit et cynegetica Gratii, de quibus antea uerba fecerat: non dicit adiunctas a se eclogas Calpurnii, quarum quattuor posteriores Nemesiano attribuit, uulgatam illa aetate opinionem secutus, non codicis auctoritatem. nam librum illum quem Sannazarius in Gallia inuenerat etiam eclogas Calpurnii continuisse nemo perhibet. Nemesiani mentionem fecit Lilius Gyraldus in historiae poetarum dialogo quarto. 'quod cynegetica Gratius scripserit' inquit 'Actius Sannazarus mihi aliisque pluribus asseruit et ostendit cum Neapoli animi gratia ex urbe profecti essemus: se enim ex Heduorum finibus atque e Turonibus detulisse opusculum de piscibus Ouidii et cynegetica Gratii et Nemesiani. id quod etiam suo scripto testatus est Pontanus quadam sua epistola ad ipsum Actium et P. Summontius.' Ioannis Iouiani Pontani epistolam, quam paulo ante mortem scripsit,

uti Wernsdorfius, poet. Lat. min. t. 1 p. 19, ita ego quoque referendam putaui. non poteram autem uti operum Pontani soluta oratione scriptorum exemplo Neapolitano, uerum transcripsi has litteras ex editione Aldina (t. 3, f. 299). 'Pontanus Syncero animi firmitatem d. quae ad Pudericum scripsisti, ea me mirificum in modum delectarunt. sunt enim plena pietatis tuae erga uetustatem ac diligentiae. quocirca uel auentissime expecto uidere Ouidianos illos pisciculos in Euxino lusitantes Maeotideque in palude. quod uero ad uenationem attinet, uisus est mihi uates ille lepidus numerosus et cultus. deque eo, si recte memini, fit ab Apollinare mentio in hendecasyllabis. Rutiliani illi uersiculi enodes sunt et nitidi, cultus uero ipse peregrinus potius quam urbanus, ne dicam arcessitus. sed de his omnibus cuius erit iudicium rectius aut probatius quam tuum? ego, ut dixi, mirifice expecto Ouidianos illos ἑλωπας' (sic) 'nobis incognitos, praesertim sub quadragesimale ieiunium. tu uale et in isto uoluntario exilio seu potius peregrinatione dignam nobilitate tua fortitudinem retine. Neapoli idibus Februariis. MCCCCCIII.' de Apollinare errauit. etiam ex Petri Summontii, hominis Pontano, cuius opera post mortem eius collecta edidit, et Sannazario familiarissimi, litteris ad Franciscum Pudericum patricium Neapolitanum scriptis quae ad hanc disputationem pertinerent repetenda censui. leguntur in operum Pontani t. 2 f. 102b. de Sannazario narrans Summontius 'aduexit nuper' inquit 'ex Heduorum usque finibus atque e Turonibus dona quaedam mirum in modum placitura literatis uiris, Martialis Au-

sonii et Solini codices nouae atque incognitae emendationis tamque a nostris diuersos ut hos certo ac legitimo partu natos, reliquos uero liceat spurios existimare. praeterea epigrammata, quae tam multa hic leguntur, alibi hactenus non uisa. immo Solini liber hic authore ab ipso, quod iam titulus indicat nec eius negat uetustas, et recognitus est et editus. is etiam ad nos attulit Ouidii fragmentum de piscibus, Gratii poetae cynegeticon, cuius meminit Ouidius ultima de Ponto elegia, cynegeticon item Aurelii Nemesiani, qui floruit sub Numeriano imperatore, et Rutilii Namatiani elegos, quorum tenuitatem et elegantiam e seculo illo agnoscas Claudiani, atque haec quidem omnia statim post Pontani libros emittentur.' nunquam emisisse Summontium constat.

Itaque uno codice olim coniuncta fuisse uidentur illa Ouidii Gratii Nemesiani et fortasse Rutilii carmina. nunc, ut dixi, membranis Vindobonensibus annexa sunt Ouidii halieutica ex eisdem membranis in chartas translata et ab eadem saeculi sexti decimi manu scriptum Rutilii itinerarium: Nemesiani carmen non est additum. de Rutilii codice a Sannazario inuento quaestionem in aliud tempus differo: illud addo disputationi Wernsdorfii (t. 5 p. 40 ss.), codicem quem Raphael Volaterranus anno 1493 Bobii repertum esse narrat diu ibi permansisse ablatumque inde esse a Bonneualo, Gallo notissimo, circa annum 1706. docent hoc quae ab Amadeo Peyrone referuntur Ciceronis orationum fragm. ined. p. XX.

Verum Nemesiani cynegetica ex uetusto Sannazarii libro ab alia manu saeculi sexti decimi tran-

scripta sunt in codicem Vindobonensem 3261 (philol. 335). Actii Sinceri manum esse inscriptio narrat. de quo iure dubitare uidetur Endlicherus catal. p. 204. nam in Pontani quam supra rettuli epistola in his chartis Vindobonensibus, quae habent eam f. 1, scriptum est 'Christiani illi uersiculi nudi sunt et nitidi:' Pontani uerba talia fuisse uidentur qualia Summontius protulit nec potest error attribui Sannazario. Pontani epistolam sequuntur carmina non nulla Ausonii. codex, qui quo ordine disposita Ausonii carmina continuerit deinde docemur, Lugdunensis fuisse et in Araris insula ab Actio Sincero inuentus esse narratur. insulam sanctae Barbarae significari manifestum est. eadem manus in triginta postremas codicis chartas Ouidii halieutica (fol. 43 ss.) Nemesiani cynegetica (fol. 48 ss.) Gratii cynegetica (fol. 58 ss.) transcripsit. plures fuisse opinor qui carmina a Sannazario ex situ eruta, antequam a Logo ederentur, in noua exemplaria sua manu transferrent. chartarum bibliothecae Ambrosianae Mediolanensis in Ouidii halieuticorum emendatione saepius mentionem fecit Heinsius, in Gratii carmine rarissime Vlitius. earum originem ad eundem illum Sannazarii librum referendam esse putauerim. Vindobonenses chartae (a) ad emendanda Nemesiani cynegetica non multum attulerunt utilitatis: enimuero minor est eorum quam Gratianorum deprauatio. ceterum hic quoque aliquot hominum doctorum coniecturas confirmatas repperi, ueluti u. 78 *uota* Barthii, 102 *auidus* Vlitii, 169 *tum* Wernsdorfii. Logi autem editione (c) in his tribus carminibus diligentius usus sum quam adhuc factum erat.

Ixeuticorum particulam, quam aliorum exemplo cynegeticis addidi, utrum re uera ex antiquo codice Boragineus descripserit, an dolus subsit et fallacia, non potui indagare: ceterum mihi quoque hi uersiculi non uidentur esse Nemesiani. fraude ficta sunt halieutica quae Columna atque, ut uidetur, Pantinus a Sertorio Quadrimano acceperunt. ipsum Quadrimanum aut non insimulandum esse existimo mendacii (nam quod Columna ex uetustissimo codice eum hos uersus descripsisse ipsius, opinor, fide narrat, error esse potest, neque ignoramus illorum temporum in his rebus neglegentiam an magniloquentiam), aut insignis impudentiae accusandum, qui post edita a Logo Ouidii halieutica ineptam fraudem comminisci ausus sit. aliquanto probabilius dixerim exemplar halieuticorum Ouidii antequam Logus ea in publicum protulerat in fraudulenti magis quam callidi hominis manus incidisse eumque antiquum carmen commentis suis inquinare aggressum esse. illud certum puto, nihil in his uersibus esse antiqui nisi quod ex Ouidii carmine sumptum est.

Appendicem adieci scriptorum antea non editorum. hymnum quem uocaui, quoniam nomine opus erat, carmen, ut mihi uidetur, non inelegans, sumpsi ex codice Vindobonensi **143**, inter medicos olim **101**, quem *C* littera significaui. fuerat quondam Wolfgangi Lazii. scriptus est saeculo tertio decimo in membranis quindecim, foliis integris, sed minoris formae. continentur eo Marbodi Redonensis liber lapidum (f. 1 ss.), uersus Petri Abaelardi in laudem sanctae crucis (f. 12 u.), carmen a me nunc primum editum

(f. 13), uersus beati papae Gregorii ad beatam Mariam uirginem (f. 13 u.), Hadriani epigramma de trium Amazonum pugna, editum a Burmanno anth. Lat. 2, 258 et a Maio auct. class. t. 5 p. 458, cui in codice praescriptum est 'Virgilius' (f. 14 u.), epigramma de uenatore serpente et apro (f. 14 u.), regimen sanitatis iuxta menses (f. 14 u.), Ausonii signa caelestia siue ecloga quarta, cui quattuor ultimi uersus desunt (f. 15 u.), epigramma de uase et saphiro uersibus leoninis scriptum (f. 15 u.). hymnum quem dixi inscriptio ex Graeco translatum esse narrat. quod uerum esse neque negauerim temere neque affirmauerim. nam quod poeta *longam* dixit *aethram*, non tam Graecam aliquam dicendi formulam quam Virgilium imitatus esse mihi uidetur. etenim *aethere longo*, quod Aen. 7, 288 in Mediceo codice legitur, posthabita optimi libri auctoritate et quam N. Heinsius comparauerat aliorum imitatione poetarum, quibus addo Auienum progn. 465, neglectum esse a recentioribus grammaticis minime probo. ex eodem Virgilio poeta pariter atque alii *supera conuexa* sumpsit. sed Platonis nomen in inscriptione commemoratum non pro nihilo putandum est. uidelicet argumentum uersuum Platonis Timaeus praebuit: hinc magna eorum similitudo cum Boethii carmine *O qui perpetua mundum ratione gubernas*, cons. phil. l. 3 metr. 9. Platonis sententiis aliae admixtae sunt, ueluti Mithriacae religionis obscura mihi significatio. sed puto tamen ad Mithram pertinere iuuenci commemorationem u. 25. restituit uocabulum Godofredus Hermannus, quicum hoc carmen communicaueram.

idem uir illustris etiam in aliis libelli mei partibus, ubi meis me uiribus ex difficultate expedire frustra conatus fueram, praesentem operam discipulo denegare noluit.

Deinde protuli quae de septem miraculis mundi in codicis olim Bobiensis, nunc Vindobonensis 16 (R. 85) folio 56 leguntur. celeber liber est, scriptus saeculo nono aut octauo, et accurate de eo dixit Endlicherus p. 215 ss. *D* littera eum significaui. quae de miraculis disputantur, sermone subrustico, particula esse uidentur maioris libelli: uerum uel nunc minime carent utilitate. nam phoenicem Lactantii carmen esse nouo testimonio confirmant, cui alia accedunt ex grammatico opusculo quod addidi; tum Hilarii Arelatensis uersus fontis ardentis quale habuerint argumentum post uanas hominum doctorum suspiciones tandem patefaciunt; denique T. Liuii uerba antea incognita suppeditant, quae ex libro quarto decimo petita esse non inepte coniicere uideor. uerum haec Liuii uerba foede deformauit librarius, neque ego quantumuis studens emendare potui: at potuit Godofredus Hermannus. formam litterarum, quibus Liuiani operis particula in codice scripta est addendam curaui in tabula. in qua numerus CCCXXII eum locum significat quem codex in catalogo Endlicheri obtinet.

Sequitur grammatici argumenti opusculum, quo homo haud sane doctus nominum non nullorum genera definire studuit, ea, ut puto, aetate qua labens in deprauationem sermo et commixtus paulatim cum nominatiuo casu accusatiuus (quam permutationem linguas quae ex Latina originem duxerunt contaminasse

nemo ignorat) generis etiam discrimen obscurauerat. suppeditauit mihi hunc commentarium codex Vindobonensis 89 (olim Salisburgensis erat 72, mihi *E* dicitur), scriptus saeculo nono in membranis formae maximae. de quo Endlicherus p. 197 ss. disseruit. grammaticus quem edidi libellus post unius, opinor, folii iacturam incipit in fol. 170 r., finitur fol. 175 r. inscriptionem equidem addidi. hic igitur libellus partim ex antiquae doctrinae grammaticae fontibus deriuatus est, partim futili colluuione mixtus. illa pars noua habet neque inutilia, complura autem communia cum institutionibus Charisii, ex quibus saepius requirenda erat deprauati codicis emendatio: uicissim redditur eis non nihil utilitatis. factum est autem beneficio Friderici Lindemanni, uiri clarissimi, ut eis uti possem quae B. G. Niebuhrius ex unico institutionum Charisii codice Neapolitano diligentia plane singulari excripserat. quae antiquae eruditionis reliquiis admixta sunt in Vindobonensi libello Christianorum maxime scriptorum exempla, ut nullam pleraque habeant utilitatem, nolui tamen resecare uel propter hanc unam causam quod non poterant ubique tuto discerni ab antiquioribus illis particulis. ceterum si in magna nominum et uocabulorum deprauatione neque emendare omnia neque suis quaeque auctoribus assignare potui, eorum qui similem laborem unquam subierunt non defuturam mihi esse spero excusationem. scr. Lipsiae.

Ouidii hal. 69 *scribe* quanto *ann. ad Gratii u.* 3 *dele* 8. *Gratii u.* 145 *scribe* His, si *Nemes.* 212 radios 280 aeuo p. 40, 25 abnesti 85, 19 mari.' *sic codex. falso me neglegentiae accusaui.* 86, *ad u.* 9 urbem *E.* 89, 17 parturint. *sic codex.*

Gratii u. 56 *seruandum erat* reponite. *numeri uarietas non magis offendit quam u.* 377 *s. contra* reponito, *postrema syllaba correpta, non nihil offensionis habet. cf. Lachm. Prop. p.* 368.

quam p. 40 *protuli uersus Horatiani emendationem, eam ab Hofmanno Peerlkampio occupatam esse sero cognoui.*

Nem. 215 hoc] hos *Scaliger.*

OVIDII HALIEVTICA.

OVIDII HALIEVTICA.

Exemploque nocens cunctis iter inuenit una.
At contra scopulis crinali corpore segnis
Polypus haeret et hac eludit retia fraude
Et sub lege loci sumit mutatque colorem,
Semper ei similis quem contigit, atque ubi praedam
Pendentem setis auidus rapit, hic quoque fallit,
Elato calamo cum demum emersus in auras
Brachia dissoluit populatumque expuit hamum.
At mugil cauda pendentem euerberat escam
Excussamque legit. lupus acri concitus ira
Discursu fertur uario fluctusque ferentes
Prosequitur quassatque caput, dum uulnere saeuus
Laxato cadat hamus et ora patentia linquat.
Nec proprias uires nescit murena nocendi
Auxiliique sui, morsu nec cominus acri
Deficit aut animos ponit captiva minacis.
Anthias his, tergo quae non uidet, utitur armis,
Vim spinae nouitque suae uersoque supinus
Corpore lina secat fixumque intercipit hamum.

30. Exemplo qui nocet *AB: correxit Heinsius.* interuenit una *A*, int̄ uiennitura *B: correxit Bersmannus.* 31. scupolis *AB.* 32. Polyppus *B.* haec *A*, hęc *B.* 33. Vt — sumat mutetque *Hemsterhusius ad Luc. dial. mar.* 4, 3. 34. contegit *A.* praedam] p̄da,ret *B.* 35. stillit *B.* 37. Bracha *B.* amum *AB.* 38. Et *B.* pendentem me uerberat *B.* 39. concicitatur ira *A*, contricitatur ira *B.* 40. Discussu *A*, Discussus *B.* 42. amus *AB:* hora *B.* 43. uiræs *B.* morena *AB.* 44. Auxilioque *AB: quod correxi.* uersu (mo) *A*, mouersu *B.* 45. amos ponat captiuam macis *B.* 46. que *B.* uidit *AB.* 47. spine *B.* mouet quæsuæ *A*, uomet quesua et *B.* 48. linas egat *A*, limas egat *B.* amum *AB.*

Cetera quae densas habitant animalia siluas
Aut uani quatiunt semper lymphata timores
Aut trahit in praeceps non sana ferocia mentis.
Ipsa sequi natura monet uel cominus ire.
Inpiger ecce leo uenantum sternere pergit
Agmina et aduersis infert sua pectora telis:
Quoque uenit fidens magis et sublatior ardet
Concussitque toros et uiribus addidit iram,
Procidit atque suo properat sibi robore letum.
Foedus Lucanis prouoluitur ursus ab antris,
Quid nisi pondus iners stolidaeque ferocia mentis?
Actus aper setis iram denuntiat hirtis,
Et ruit oppositi nitens in uulnera ferri,
Pressus et emisso moritur per uiscera telo.
Altera pars fidens pedibus dat terga sequenti,
Vt pauidi lepores, ut fuluo tergore damae
Et capto fugiens ceruus sine fine timore.
Hic generosus honos et gloria maior equorum:

49. Et cetera *AB*. que *B*. silus *B*. 50. uamquatiunt *B*. 51. trabit *B*. preceps *B*. non sana *bis habere uidetur B, in quo mador huius et praecedentium trium sequentiumque quinque uersuum fines infecit.* mentis] mestes *A*, me...s *B* (*punctis significo quas mador absumpsit litteras*): *an* Martis? 52. Ipsas equi *B*. con minus *A*. ire] ..r zer *B*. 53. p.git *B*. 55. Quodq; *B*. sibi latior ardı. *B*. 56. addit *AB*. 57. Prodedit *AB*: *correxit Burmannus.* roboret laetū *B*. 58. orsus *AB*. 59. Quidnī si *B*. stolidique *A*, stolidi q̄ *B*. ferotia *B*. 60. Actus et perretis *B*. denuntiate *AB*. hircis *B*. 61. Seruit *AB*. 62. Præssus et emiso *A*. 64. demeę *B*. 65. aceruus *AB*. *post hunc uersum quinquagesimus alter iteratur in AB* (comminus irate *AB*). 66. maiore gurum *B*.

Nam capiunt animis palmam gaudentque triumpho.
Seu septem spatiis circo meruere coronam,
Nonne uides uictor quanto sublimius altum
Adtollat caput et uulgi se uenditet aurae?
Celsaue cum caeso decorantur terga leone,
Quam tumidus quantoque uenit spectabilis actu
Conpiscatque solum generosso concita pulsu
Vngula sub spoliis grauiter redeuntis opimis!
Quae laus prima canum, quibus est audacia praeceps
Venandique sagax uirtus uiresque sequendi,
Quae nunc elatis rimantur naribus auram
Et nunc demisso quaerunt uestigia rostro
Et produnt clamore feram dominumque uocando
Increpitant? quem si conlatis effugit armis,
Insequitur tumulosque canis camposque per omnes.
Noster in arte labor positus, spes omnis in illa.

Nec tamen in medias pelagi te pergere sedes
Admoneam uastique maris temptare profundum.

67. trimfo *A*. 68. mouere *B*. 70. aurate *AB*. 71. Cælsaue *A*. cates ode corantur tergaleo *B*. 72. actum *B*. 73. Compescatque *c: requiritur indicatiuus, nisi u. 72 Gesneri* quanto ueniat *probas. fortasse* conquassatque. solimi *B*. generesso *A*, generoso *B*. concitat *B*. 74. Uincula *A*, Uinculas *B*. abs polus *B*. redeunte *AB*. 75. Qui *AB*. audatia *B*. 76. sacax *AB*. sequedi *B*. 77. aurib; aurara *B*. 78. querunt *AB*. 80. Increpiant *B*. quae *Vlitius*. colatis efugitq; *B*. 81. Insequiturq; (q *lineola traiecto*) *B*. campisq; *A*. *post u. 82 interuallum posui.* 83. *huius et sequentium nouem uersuum initia madore corrupta in B.* 84. ma:i stemptare *B*.

Inter utrumque loci melius moderabere finem.
Aspera num saxis loca sint (nam talia lentos
Deposcunt calamos, at purum retia litus),
Num mons horrentes demittat celsior umbras
In mare (nam uarie quidam fugiuntque petuntque),
Num uada subnatis imo uiridentur ab herbis
Oblectetque moras et molli seruiat algae.
Descripsit sedes uarie natura profundi
Nec cunctos una uoluit consistere pisces.
Nam gaudent pelago quales scombrique bouesque,
Hippuri celeres ét nigro tergore milui
Et pretiosus elops, nostris incognitus undis,
Ac durus xiphias, ictu non mitior ensis,
Et pauidi magno fugientes agmine thunni,
Parua echeneis (at est, mirum, mora puppibus ingens),
Tuque, comes ratium tractique per aequora sulci,
Qui semper spumas sequeris, pompile, nitentes,

85. coci *A et rc B*, quoci *pr B*. moderauere *AB*. *post hunc uersum aliquid excidisse uidetur*. 86. loca sin talia *A*, locas intalia *B*. 87. ...... uno calamoscat *B*. puerum *AB*. 88. Num mons orrentes *A*, ... s o... ntes *B*. 89. uariae *A*. *post u.* 90 *aliquid excidisse post Aesiandrum aut Logum coniecit Gesnerus*. 91. Oblectetque *A*, ... que *B*: Obiectetque *Heinsius*. algate *B*, 92. Discripsit *A*, D.scripst *B*. uariae *A*. 93. conctos *A*. 95. tergoret *B*. mili *A*, mihi *B*. 96. praetiosus *A*, p̄ciosus *B*. helops *A*. 97. xiphas *B*. hensis *AB*. 98. thinni *A*, dunni *B*. 99. Paua *corr B*. echenais adest *A*, et hena irad est (d *prius* u *fuisse uidetur*) *B*: at est *ego*. 100. comis *AB*. ratiom *A*. tactiq; *B*. 101. spumasse queris *B*. pomphile *A*, phomph *B*.

Cercyrosque ferox, scopulorum fine moratus,
Cantharus ingratus suco, tum concolor illi
Orphus caeruleaque rubens erythinus in unda,
Insignis sargusque notis insignis et alis,
Et super aurata sparulus ceruice refulgens
Et rutilus phager et fului synodontes et ex se
Concipiens channe, gemino sibi fundata parente,
Tum uiridis squamis, paruo saxatilis ore,
Et rarus faber et pictae mormyres et auri
Chrysophrys imitata decus, tum corporis umbrae
Liuentis rapidique lupi percaeque tragique,
Quin laude insignis caudae melanurus et ardens
Auratis murena notis merulaeque uirentes
Immitisque suae conger per uulnera gentis
Et capitis duro nociturus scorpios ictu
Aç numquam aestiuo conspectus sidere glaucus.
At contra herbosa pisces laxantur arena,

2. Cercyoresque *B.* moratur *B.* 103. Cantarus *B.* 104. :phas *B.* caeroleaque *A,* c zerolea que *B.* Erithins *A,* eri-inus *B.* 105. sargus qui *AB.* 107. phager *ego* (pagur *c*): rcer *A,* arcer *B.* synodantes *A,* sino dantes *B.* et ex se] xe *B.* 108. cannem *AB.* *an* gemini uice functa parentis? 110. raru fauer *A,* rarufauer *B.* pietate *B.* murmires *B,* urmises *A.* 112. Liuentes *B.* lupi percateque *A,* lupiper teque *B.* traguique *B.* 113. Qum *B.* caudate *AB.* elanrus *A.* ardes *B.* 114. munera *AB.* merolateq; *A,* erelateq; *B.* 115. Imitisq; *AB.* sui — dentis *Vlitius.* ncer *AB.* gentes *A,* gentes c (c *lineola traiecto*) *B.* 116. ptus *Ciacconus.* noxiturus scorpio *AB.* i& *A,* iacet *B.* 117. stiuo *AB.* 118. *fortasse* luxantur, *quod Vlitius falso* ibuit *B.*

Vt scarus, epastas solus qui ruminat escas,
Fecundumque genus maenae lamyrosque smarisqu
Atque inmunda chromis, merito uilissima salpa
Atque auium dulces nidos imitata sub undis
Et squatus et tenui suffusus sanguine mullus,
Fulgentes soleae candore et concolor illis
Passer et Adriaco mirandus litore rhombus,
Tunc epodes lati, tum molles tergore ranae
Extremi paseuc

Lubricus et spina nocuus non gobius ulla
Et nigrum niueo portans in corpore uirus
Lolligo durique sues sinuosaque caris
Et tam deformi non dignus nomine asellus
Tuque, peregrinis acipenser nobilis undis.

119. Vt [ca]ras epastas *A*, Utcaruse pastas *B*. ruminet *AB*. 120. [fecun]dumque *A*. menatelamirosq; *AB*: *correxit Gesnerus*. 121. inunda *AB*. 122. nidos] niues *B*. *uersum excidisse putat Gesnerus*. 123. Etsquatenui *AB*: squatus *scripsit Vlitius*. sanguis (sanguis *B*) nemulas *AB*. 124. soleate *AB*. concolor illis] concolori *A*, conco lori *B*. 125. andriaco *B*. rumpus (p *in* b *mutato A*) *AB*. 126. lepores leti *AB*. rante *A*, rantte *B*. 127. pareuc *B*. *post hunc uersum duorum uersuum interuallum habet A*. 130. gouius *AB*. *post u. 131 unius uersus interuallum habet A*. 132. sinuoraquae *B*. 133. usellus *B*. 134. accipiens ernobilis *AB*.

Plinius h. n. 32, 2 (5). Mihi uidentur mira et quae Ouidius prodidit piscium ingenia in eo uolumine quod halieuticon inscribitur. scarum inclusum nassis non fronte erumpere nec infestis uiminibus caput inserere, sed auersum caudae ictibus crebris laxare fores atque ita retrorsum erepere: quem luctatum eius si forte alius scarus extrinsecus uideat, adprehensa mordicus cauda adiuuare nisus erumpentis. lupum rete circumdatum harenas arare cauda atque ita condi dum transeat rete. muraenam maculas adpetere ipsas, consciam teretis ac lubrici tergi, tum multiplici flexu laxare donec euadat. polypum hamos adpetere brachiisque complecti, non morsu, nec prius dimittere quam escam circumroserit, aut harundine leuatum extra aquam. scit et mugil esse in esca hamum insidiasque non ignorat; auiditas tamen tanta est ut cauda uerberando excutiat cibum. minus in prouidendo lupus sollertiae habet, sed magnum robur in paenitendo. nam ut haesit in hamo, tumultuoso discursu laxat uolnera donec excidant insidiae. muraenae amplius deuorant

3. halleuticon inscribitur *I* (*codex Bambergensis MVII, saeculi X*), alieni conscribitur *K* (*codex Vindobonensis* 9. 10, *saeculi XII*). scarum *I*, earum *K*. 4. fronte] forte *K*. 6. aque *I* eripere *K*, repere *I*, redire *Isidorus or*. 12, 6, 30: *correxit Heinsius*. 7. eius] ē *K*. scaurus *I*. 8. uideat adpresensa uideat *K*. 9. erumpentiis *I*, erumpere *K*. 10. caudae *I*. condidum *I*, conditum *K*: 11. rete *om K*. atque ita conditum transire rete *alii codices, idque legit Isidorus* 12, 6, 24. muraenam *om K*. 12. tum *K*: cum *I*. 15. haut *K*. 20. nam si inhaesit *I*. 21. discussu *I*. laxatu uulnera *K*.

quam hamum: admouent dentibus lineas atque ita erodunt. anthiam tradit idem infixo hamo inuertere se, quoniam sit in dorso cultellata ei spina, eaque lineam praesecare.

Idem **32, 11 (54).** His adiciemus ab Ouidio posita nomina, quae apud neminem alium reperiuntur, sed fortassis in Ponto nascentia, ubi id uolumen supremis suis temporibus inchoauit: bouem, cercyrum in scopulis uiuentem, orphum rubentemque erythinum, iulum, pictas mormyras aureique coloris chrysophryn, parum, tragum et placentem cauda melanurum, epodas lati generis. praeter haec insignia piscium tradit channen ex se ipsa concipere, glaucum aestate nunquam apparere, pompilum, qui semper comitetur nauium cursus, chromin, qui nidificet in aquis. elopem dicit esse nostris incognitum undis: ex quo apparet falli eos qui eundem acipenserem existimauerunt.

23. leineas *I.* 24. anthiam tradit *Gesnerus:* pithias tradit eas *I, om K.* 25. in uetere quoniam *K.* cultellata *codex Toletanus:* cultellato *IK.* ei *om I.* 26. spina eaque *codex Toletanus:* spinea quae *I,* spineque *K.* liniam *K.*

1. ouidi opposita *K.* 3. nascentia *IK,* nascuntur *uulgo: fortasse* nascentium. 4. sub premis *K.* 5. bouem] uobem *K.* cercyrum *Gesnerus:* pergyrum *I,* per girum *K.* orphim *IK.* 6. erythinum *I:* racinum *K.* iulum *I,* pulum *K:* pullum *uulgo. id post* orphum *collocandum censet Vlitius.* momyras *K.* 7. chrysophryri *I,* criso praeterea *K.* parum] *fortasse* sparum. *commemoratur quidem sparus, qui Ouidio sparulus est, iam antea* 32, 11 (53), *sed pariter erythinus et melanurus.* 8. caudam *I.* melanurum *Gesnerus:* labrum *IK.* 9. cannea *K.* 11. pompium *I,* pampium *K.* 12. curcus *I.* chormin *K.* helopem quoque dicit *K.* 14. accipiens rem *K.* aestimauerint *I.*

GRATII CYNEGETICA.

Famaque post cineres maior uenit et mihi nomen
Tum quoque, cum uiuis adnumerarer, erat:
Cum foret et Marsus magnique Rabirius oris
— — — — —
Aptaque uenanti Gratius arma daret.

Ouidius ex Ponto ep. 4, 16, 34.

GRATII CYNEGETICA.

Dona cano diuom, laetas uenantibus artis,
Auspicio, Diana, tuo. prius omnis in armis
Spes fuit et nuda siluas uirtute mouebant
Inconsulti homines uitaque erat error in omni.
Post alia propiore uia meliusque profecti
Te sociam, ratio, rebus sumpsere gerendis.
Hinc omne auxilium uitae rectusque reluxit
Ordo et contiguas didicere ex artibus artis
Proserere, hinc demens cecidit uiolentia retro.
Sed primum auspicium deus artibus altaque circa
Firmamenta dedit: tum partis quisque secutus
Exegere suas tetigitque industria finem.
Tu trepidam bello uitam, Diana, ferino
Qua primam quaerebat opem dignata repertis

EM INCIPIT (INCIP̄ *B*) GRATTI CYNEGETICON LIBI
BI *B*) *AB*. 1. letas *B*. 2. 3. Causpicio (caspicio *B*)
t nom laetas uenantibus artis Auspicio diana tuo prius omnis
nis *om B*) in armis *AB*. 4. inconssulti *pr B*. errat
5. propore (*id est* propriore) *B*. profectu *pr B*. 6.
s *B*. 7. uita *AB*. erectusque *AB*: *correxit Turnebus*.
8. continguas *A*. 9. caecidit *A*. 10. primuma spatium
13. serino *B*. 14. querebat *B*.

Protegere auxiliis orbemque hac soluere noxa.
Adsciuere tuo comites sub numine diuae
Mentem omnes nemorum, mentem de fontibus omnes
Naides et Latii   Faunus
Maenaliusque puer domitrixque Idaea leonum
Mater et inculto Siluanus termite gaudens.
His ego praesidibus nostram defendere sortem
Contra mille feras et non sine carmine nisus,
Carmine et arma dabo uenanti et persequar artis
Armorum casses plagiique exordiar astus.
Prima iubent tenui nascentem iungere filo
Limbum et quadruplicis tormento adstringere limbos:
Illa operum patiens, illa usus linea longi.
Tunc ipsum medio cassem qui nascitur ore
Per senos circum usque sinus laqueabis, ut omnem
Concipiat tergo, si quisquam est plurimus, hostem.
Et bis uicenos spatium praetendere passus
Rete uelim plenisque decem consurgere nodis:

15. orbem queac *B.* 16. ad scis ueretuo *B.* nomine *AB: correxit Barthius.* diune *B.* 17. Mentem *ego:* centem *A (in quo* c *uidetur recentius) et pr B,* centem *rc B.* nemorum, mentem *ego, et* nemorum *quidem iam c:* nemorumentes *A,* Nemor sumentes *B.* 18. naides et latu *in rasura et litteris diductis B, in quo nulla interualla.* 19. Menalius que *AB.* ideae *B.* 20. et in cult siluam stermite cudens *B.* 22. lusus *A,* lesus *B: correxit Vlitius.* 23. uenanti et *Vlitius:* et uenandi *AB.* 24. cassisque plagaeque *Heinsius.* estis *AB.* DE RETIBVS CONFICIENDIS *AB.* 25. stilo *B.* 26. limbos] *ultimae duae litterae non prorsus certae in A.* 27. usus *om B.* 28. memedio *AB.* casseni qui *B,* cassem que *A.* 29. laqueas bis *AB.* omni *B.* 30. quisqua *B.* 31 Et bis uiceno *A,* c bis uiceno *B.* 32. nadis *B.*

Ingrati maiora sinus impendia sument.
Optuma Cinyphiae, nequid contere, paludes
Lina dabunt: bonus Aeolia de ualle Sibullae
Fetus et aprico Tuscorum stupea campo
Messis, contiguum sorbens de flumine rorem,
Qua cultor Latii per opaca silentia Tybris
Labitur inque sinus magno uenit ore marinos.
At contra nostris imbellia lina Faliscis,
Hispanaeque alio spectantur Saetabis usu.
Vix operata suo sacra ad Bubastia lino
Velatur sonipes aestiui turba Canopi:
Ipse in materia damnosus candor inerti
Ostendit longe fraudem atque exterruit hostis.
At pauper rigui custos Alabandius horti
Cannabias nutrit siluas, quam commoda nostro
Armamenta operi: grauis est tutella, sed illis
Tu licet Haemonios includas retibus ursos.
Tantum ne subeat uitiorum pessimus umor
Ante caue: non est umentibus usus in armis,
Nulla fides. ergo, seu pressa flumina ualle

. inpendia *B*. 34. optuma ticinyphiae *A*, optumaci nymphię conctere *A*, coñctere *B*. 35. bones *B*. subullæ *rc* subunæ *pr B*. 37. mensis *B*. sorbẽs *B*. rorem *B*. 38. coltor *B*. oppaca *B*. thybris *B*. 39 *in margine* dit. *A*, *omittit B*. 40. acontra nri in bellia *B*. 41. Hispaque *A*, spinisque *pr B*, spanique *rc B*: *correxit Is. Vossius*. alios *AB*. saetabes *A*, saetabes *B*: *correxit Vossius*. sacra abubbastia *B*. 43. estiui *AB*: festiui *Salmasius*. 44. cantior *B*. 45. hostes *B*. 46. ad paper *B*. alaadius, *coniunctis* us *litteris*, *habere uidetur A*: adlabandus . 47. nostro] nru *B*. 48. est *om AB*. 49. hemonios *B*. icludas *B*. 50. humorq; *B*. 52. praessa *A*, pssa *B*.

Inter opus clausaeque malum fecere paludes,
Siue improuisus caelo perfuderit imber,
Illa uel ad flatus Helices oppande serenae
Vel caligineo laxanda reponito fumo.
Idcirco et primas linorum tangere messes
Ante uetant quam maturis accenderit annum
Ignibus et claro Plias se prompserit ortu.
Imbiberit, tanto respondet longior usus.
    Magnum opus et tangi, nisi cura uincitur, inpar.
Nonne uides ueterum quos prodit fabula rerum
Semideos (illi aggeribus temptare superbis
Aethera et ah matres ausi attrectare deorum),
Quam magna mercede meo sine munere siluas
Impulerint? flet adhuc et porro flebit Adonin
Victa Venus ceciditque suis Ancaeus in armis,
Vt praedexter erat geminisque securibus ingens.
Ipse deus cultorque feri Tirynthius orbis,
Quem mare, quem tellus, quem praeceps ianua Ditis

53. causaeque *A*, causeq; *B*: *correxerunt Barthius et I. Fr* *Gronouius*. 54. in prouisus *B*. 55. elices opandeserene *B*. 56. reponite fumo *A*, reponit efumo *B*. 58. annos *B*. 59. pliase promiserit *A*, pliasse promisserit *B*. 60. Imbiberint *Burmannus*. res pondet langor usu *B*. 61. in par *A*, *om B*. 62. none *B*. 63. simideos *B*. ageribus *A*. 64. Aethera *Grotius*, et ah *ego*: Iret freta *AB*, *id est* Aetereta, *ultima* aethera *uocabuli littera omissa ut u.* 2 *in* Diana, 128 *in* plurima, 205 *in* inuentura, 357 *in* pura. ausit trectare *AB*: *correxit Heinsius*. 65. qua *B*. 66. inpulerint *B*. fleta *AB*. hadonia *AB*. 67. caeciditque *A*. ancaeus in ar *A*: hanc eque manus *B*. 68. Et *AB*: *correxit Barthius*. ge-misq; *B*. 69. ferit *A*, fe^{r}it (r rc) *B*. hyrinthius *A*, hyri-thyrus *B*. 70. diddis *A*.

Omnia temptantem qua laus erat obuia passa est,
Hinc decus et famae primum inpetrauit honorem.
Exige si qua meis respondet ab artibus ergo
Gratia, quae uires fallat conlata ferinas.
Sunt quibus inmundo decerptae uolture plumae
Instrumentum operis fuit et non parua facultas.
Tantum inter niuei iungantur uellera cygni,
Et satis armorum est. haec clara luce coruscant,
Terribiles species, at uolture dirus auaro
Turbat odor siluas meliusque alterna ualet res.
Sed quam clara tuis et pinguis pluma sub armis,
Tam mollis tactu et non sit creberruma nexu,
Ne reprensa suis properantem linea pinnis
Inplicet atque ipso mendosa coarguat usu.
Hic magis in ceruos ualuit metus. ast ubi lentae
Interdum Libyco fucantur sandyce pinnae
Linteaque expositis lucent anconibus arma,
Rarum si qua metus eludat belua falsos.

. omnem tem qua, *madore absumptis quae mediae erant teris, B.* obula *A*, ab ulla *B.* passa *Iohnsonus*, est *ego:* e si *B*, passi *A.* 72. hic *A.* fame *A*, f me, *madore ab- mpto* a, *B.* primus *AB: correxit Barthius.* inperauit 73. eis, *madore absumpto* m, *B.* respondit *B.* 74. tiaque *B.* DE PINNATIS CONFICIENDIS *AB.* 75. in- do decerpte *B.* 77. iugantur *B.* cigni *B.* 78. arma- um *B.* lucet oruscant *B.* 79. ad *AB: correxit Bur- mannus.* abaro *AB.* 80. mellusque *AB.* uellet *B.* 81. *B.* 82. creberrima *A.* 83. In repensa *B.* 85. Hinc metusa stibulente *B.* 86. lybyco *A*, libico *B.* fu- tur *AB.* sanoycae *A*, sano yce *B.* pinne *B.* 87. ex- tis *A.* licentan conib; arma; *B.* 88. Parum *AB.* s.qua eludet *AB.* bella *B.* PEDICAE *AB.*

Nam fuit et laqueis aliquis curracibus usus
(Ceruino iussere magis contexere neruo:
Fraus teget insidias habitu mentita ferino).
Quid? qui dentatas iligno robore clausit
Venator pedicas quam dissimulantibus armis,
Saepe habet inprudens alieni lucra laboris.
O felix, tantis quem primum industria rebus
Prodidit auctorem! deus ille an proxuma diuos
Mens fuit, in caecas aciem quae magna tenebras
Egit et ignarum perfudit lumine uulgus?
Dic age Pierio (fas est), Diana, ministro.
Arcadium stat fama senem, quem Maenalus altor
Et Lacedaemoniae primum uidistis Amyclae
Per non adsuetas metantem retia ualles
Dercylon: haut illo quisquam se iustior egit
Aut fuit in terris diuum obseruantior alter:
Ergo illum primis nemorum dea finxit in armis
Auctoremque operi dignata inscribere magno
Iussit adire suas et pandere gentibus artes.
Ille etiam ualido primus uenabula dente

89. laquei salus *B*. 92. dentata siligno *A*, dentata si ligno *B*. 93. pedias *B*. quum *A*. 94. inprædens *B*. 95. indrustria *B*. 96. duos *B*. 97. cęca *B*. aciem quemagna *A*, faciemq; magna *B*. 100. senem quem] semq.. *litteris madore infectis B*. menalus *AB*. auctor *AB*: *correxit Turnebus*. 101. lacedemonię *B*. amicle *B*. 103. aut *AB*.
104. aut (t *linea traiecto*) fuit *B*: Aufuit *A*. obseruatior *A*, obseruato, *madore absumpta quae post* o *alterum sequebatur littera, B*. 105. primus *A*. aruis *AB*: *correxit Barthius*.
106. digna *AB*. GENERA IACVLORVM *inter* 107 *et* 108 *AB*.

Induit et proni moderatus uulneris iram
Omne moris excepit onus. tum stricta uerutis
Dentibus et gemina subiere hastilia furca
Et quidam totos clauserunt ensibus
Ne cessaret iners in uulnere massa ferino.
Blandimenta uagae fugies nouitatis: ibidem
Exiguo nimioue nocent. sed lubricus errat
Mos et ab expertis festinant usibus omnes.
Quid Macetum inmensos libeat si dicere contos?
Quam longa exigui spicant hastilia dentes!
Aut contra ut tenero destrictas cortice uirgas
Praegrauat ingenti pernix Lucania cultro!
Omnia tela modi melius finxere salubres.
Quocirca et iaculis habilem perpendimus usum,
Ne leue uulnus eat neu sit breuis impetus illi.
Ipsa arcu Lyciaque suas Diana pharetra
Armauit comites. ne tela relinquite diuae:
Magnum opus et uolucres quondam fecere sagittae.
Disce agedum et ualidis delectum hastilibus omnem.
Plurima Threicii nutritur uallibus Hebri

109. iram] nra *B.* 110. excaepit *A.* onustrum *B.* 111. geminas *AB: correxit Burmannus.* 112. totis *A*, notis *B.* clauserant *AB.* orbes *in fine uersus addit e.* 113. meris *B.* 114. uage *B.* 117. inmensus *AB.* sidicere antos *B.* 118. exiguis picant *AB.* astilia *B.* 120. praegrauet *AB.* 122. quocarca *B.* abilem *B.* 123. Neu *AB: correxit Wernsdorfius.* uulnus *B.* 124. litia quę *B.* sues *AB.* 125. diue *B.* 126. qondanda facere *B.* sagitae *A*, sagite *B.* LIGNA APTA IACVLIS *AB.* 127. dilectum *AB* hastib; omne *B.* 128. plurim treicii innutritur *B.*

Cornus et umbrosae Veneris per litora myrtus
Taxique pinusque Altinatesque genestae
Et magis in contos operae lutoser, agrestis
Termes. ab Eois descendit uirga Sabaeis,
Mater odorati multum pulcherruma turis.
Illa suos usus intractatumque decorem
(Sic nemorum iussere deae) natalibus hausit
Arbitriis: at enim multo sunt ficta labore
Caetera quae siluis errant hastilia nostris.
Numquam sponte sua procerus ad aera termes
Exiit inque ipsa curuantur stirpe genistae.
Ergo age luxuriam primo fetusque nocentis
Detrahe: frondosas grauat indulgentia siluas.
Post ubi proceris generosa stirpibus arbor
Se dederit teretisque ferent ad sidera uirgae,
Stringe notas circum et gemmantis exige uersus.
His si quis uitium nociturus sufficit umor,
Vlceribus fluet et uenas durabit inertis.
In quinos sublata pedes hastilia plena
Caede manu dum pomiferis aduertitur amnis

129. imbrose *B.* 130. altinateq; *B.* 131. incomptos *AB: correxit Iohnsonus.* opera *AB.* lutoser *an* lutoses *A*, lutores *B:* lotaster *Iohnsonus.* agstis (*primitus fuisse uidetur* agrtis) *A*, agestis *B.* 132. eo his *B.* descendet *AB: correxit Iohnsonus.* sabeis *B.* 133. pulcheruma turis *A*, pulcheri mosumaturis *B.* 135. sic necmo (necmo *in rasura*) rev iusse redeę *B.* ausit *B.* 136. multos sunt facta *B.* 1 ceteraq; *B.* 138. aderat hermes *B.* 139. stirpegenis

140. luxoriam *B.* 141. grauet *B.* 142. proceres *l* stripib; *B.* 143. uirge *B.* 145. si *om B.* humor *B* 147. quonos *B.* astilia *B.* 148. cede *B.* annus *A*, *ɛ* *B: correxit Fr. Iacobus.*

Frondibus et tepidos autumnus continet imbres.
Sed cur exiguis tantos in partibus orbes
Lustramus? prima illa canum, non nulla per artis
Cura prior, siue indomitos uehementior hostis
Nudo Marte premas seu bellum ex arte ministres.
Mille canum patriae ductique ab origine mores
Quoique sua. magna indocilis dat proelia Medus
Magnaque diuersos extollit gloria Celtas.
Arma negant contra Martemque odere Geloni;
Sed natura sagax: Perses in utroque paratus.
Sunt qui Seras alant, genus intractabilis irae:
At contra faciles magnique Lycaones armis.
Sed non Hyrcano satis est uehementia gentis
Tanta suae: petiere ultro fera semina siluis;
Dat Venus accessus et blando foedere iungit.
Tunc et mansuetis tuto ferus errat adulter
In stabulis ultroque grauem succedere tigrin
Ausa canis maiore tulit de sanguine fetum.
Sed praeceps uirtus: ipsa uenabitur aula
Ille tibi et pecudum multo cum sanguine crescet.
Pasce tamen: quaecunque domi sibi crimina fecit,
Excutiet silua magnus pugnator adepta.
At fugit aduersos idem quos repperit hostis
Vmber: quanta fides utinam et solertia naris
Tanta foret uirtus et tantam uellet in armis!

149. Frontibus *AB.* DE CANIBVS *AB.* 151. n̄ nulla *A.* per artis] partis *AB.* 154. patrie *B.* 155. Quosque *A*, quosque *B.* sui *Iacobus.* 156. Magna quae *A.* celtos *pr B.* 159. genus] *in hoc uocabulo desinit B.* 161. ircano *A.* 164. erat *A.* 171. reperit *A.*

Quid freta si Morinum dubio refluentia ponto
Veneris atque ipsos libeat penetrare Britannos?
O quanta est merces et quantum inpendia supra!
Si non ad speciem mentiturosque decores
Protinus (haec una est catulis iactura Britannis),
At magnum cum uenit opus promendaque uirtus
Et uocat extremo praeceps discrimine Mauors,
Non tunc egregios tantum admirere Molossos.
Comparat his uersuta suas Athamania fraudes
Azorusque Pheraeque et clandestinus Acarnan.
Sicut Acarnanes subierunt proelia furto,
Sic canis illa suos taciturna superuenit hostis.
At clangore citat quos nondum conspicit apros
Aetola quaecunque canis de stirpe: malignum
Officium, siue illa metus conuitia rupit
Seu frustra nimius properat fauor: et tamen illud
Ne uanum totas genus aspernere per artis;
Mirum quam celeres et quantum nare merentur,
Tum non est uicti quoi concessere labori.
Idcirco uariis miscebo gentibus usum.
Quondam inconsultis mater dabit Vmbrica Gallis
Sensum agilem, traxere animos de patre Gelonae
Hyrcano et uanae tantum Calydonia linguae
Exibit uitium patre emendata Molosso.
Scilicet ex omni florem uirtute capessunt

178. Pronius *A*. 181. egredior *corr A*. 183. Acirusque *A: correxit Wernsdorfius*. fereq, *A*. blandestinus acar... *A, in quo ultimae huius et praecedentium trium uersuum litterae dispici nequeunt*. 184. Sic et *A: correxit Pithoeus*. 195. gelandae *A*. 196. calidonia *A*. 197. uicium *A*. 198 Silicet *A*. capescunt *A*.

Et sequitur natura fauens. at te leue si qua
Tangit opus pauidosque iuuat conpellere dorcas
Aut uersuta sequi leporis uestigia parui,
Petroniost haec fama cani, uolucresque Sycambros
Et pictam macula uertraham delige falsa.
Ocior adfectu mentis pinnaque cucurrit,
Sed premit inuentas non inuentura latentis
Illa feras, quae Petroniis bene gloria constat.
Quodsi maturo pressantes gaudia lusu
Dissimulare feras tacitique accedere possent,
Illis omne decus, quod nunc, metagontes, habetis,
Constaret silua: sed uirtus irrita damno est.
At uestrum non uile genus, non patria. uulgo
Sparta suos et Creta suos promittit alumnos:
Sed primum celsa lorum ceruice ferentem,
Glympice, te siluis egit Boeotius Hagnon,
Hagnon Hastilides, Hagnon, quem plurima semper
Gratia per nostros unum testabitur usus.
Hic trepidas artis et uix nouitate sedentes
Vidit qua propior patuit uia nec sibi turbam
Contraxit comitem nec uasa tenentia longe.
Vnus praesidium atque operi spes magna petito
Adsumptus metagon lustrat per nota ferarum
Pascua, per fontes, per quas triuere latebras.
Primae lucis opus: tum signa uapore ferino

00. Tagit *A.* 202. cana *A: quod correxi.* 205. non inentur *A.* 207. praesantes gsudia *A.* 208. taciti quae *A.* 209. haberis *A.* 211. Ad *A: correxit Iohnsonus.* 213. selsa *A.* 215. Astylides *Scaliger.* 218. peteret uiā *A.* 220. adque *A.*

Intemerata legens, si quast qua fallitur eius
Turba loci, maiore secat spatia extera gyro
Atque hic egressu iam tum sine fraude reperto
Incubuit, spatiis qualis permissa Lechaeis
Thessalium quadriga decus, quam gloria patrum
Excitat et primae spes ambitiosa coronae.
Sed ne qua ex nimio redeat iactura fauore
Lex dicta officiis, ne uoce lacesseret hostem
Neue leuem praedam aut propioris pignora lucri
Amplexus primos nequicquam effunderet actus;
Iam uero inpensum melior fortuna laborem
Cum sequitur iuxtaque domus quaesita ferarum,
Vt sciat occultos et signis arguat hostes.
Aut effecta leui testatur gaudia cauda
Aut ipsa infodiens uncis uestigia plantis
Mandit humum celsisue adprensat naribus auras,
Et tamen, ut ne prima fauentem pignora fallant,
Circum omnem aspretis medius qua clauditur orbis
Ferre pedem accessusque abitusque notare ferarum
Admonet et, si forte loci spes prima fefellit,
Rusum opus incubuit spatiis ad prospera uersis,
Intacto repetens prima ad uestigia gyro.
Ergo ubi plena suo rediit uictoria fine,
In partem praedae ueniat comes et sua naris
Praemia. sic operi iuuet inseruisse benigno.

225. maiora *A: correxit Barthius.* 228. quadrica *A.* 231. neu *A: correxit Conr. Gesnerus.* 233. nequiquā *A.* offenderet *A: correxit Iohnsonus.* 236. Et *A.* ocultos *A.* 241. orbi *A.* 243. locos pes *A.* 244. uersis *Vlitius:* sire *A.* 245. repetet *A.* 247. noris *A.* 248. benigne *A.*

Hoc ingens meritum est, haec ultima palma tropaei,
Hagnon magne, tibi diuum concessa fauore.
Ergo semper eris, dum carmina damque manebunt
Siluarum dotes atque arma Diania terris.
Hic et semiferam thoum de sanguine prolem
Finxit. non alio maior sub pectore uirtus,
Siue mora uocis seu nudi ad pignera Martis.
Thoes commissos (clarissima fama) leones
Et subiere astu et paruis domuere lacertis.
Nam genus exiguum et pudeat quam informe fateri,
Vulpina species: tamen huic exacta uoluntas
Ac non est alius quem tanta ad munia fetus
Exercere uelis, aut te tua culpa refellet
Inter opus, quo sera cadit prudentia damno.
Iunge pares ergo et maiorum pignore signa
Feturam prodantque tibi metagonta parentes,
Qui genuere sua pecus hoc inmane iuuenta.
Et primum expertos animi, quae gratia primast,
In Venerem iungam. tum sortis cura secunda,
Ne renuat species aut qua detractet honorem.

249. est *om.* *A.* tropae *A.* 250. Hacnon *A.* 252. diana *A: correxit Scaliger.* 254. sua *A: correxit Iohnsonus.* 255. in ora uoces *A: quod correxi.* 257. dum uere *A.* CANVM FETUS *inter* 258 *et* 259 *A.* 259. huc *A: correxit Barthius.* 260. At *A: quod correxi.* alio *A.* 261. te] et *A.* reuellet *A: correxit I. Fr. Gronouius.* 262. quom sera redit *Gronouius.* *uersum hunc et tres sequentes hoc ordine* Inter Feturam Qui Iunge, *sed recto ordine litteris* ACDB *ab eadem manu reducto, ponit A.* 265. tenuere *A: correxit Conr. Gesnerus.* 267. sortes *A.* secundae *A: correxit Heinsius.* 268. aut qua *Barthius:* atque *A.*

Sint celsi uultus, sint hirtae frontibus aures,
Os magnum, et patulis agitatos naribus ignes
Spirent, adstricti succingant ilia uentres,
Cauda breuis longumque latus discretaque collo
Caesaries neu pexa nimis neu frigoris illa
Impatiens; ualidis tum surgat pectus ab armis,
Quod magnos capiat motus magnisque supersit.
Effuge qui lata pandit uestigia planta:
Mollis in officio. siccis ego dura lacertis
Crura uelim et solidos haec in certamina calces.
Sed frustra longus properat labor, abdita si non
Altas in latebras unique inclusa marito est
Femina. nec partae Veneris sub tempore munus
Illa neque emeritae seruat fastidia laudis.
Primi complexus, dulcissuma prima uoluptas:
Hunc Veneri dedit inpatiens natura furorem.
Si tenuit fastus et mater adultera non est,
Da requiem grauidae solitosque remitte labores:
Vix oneri super illa suo. tum deinde monebo,
Ne matrem indocilis naturum turba fatiget,
Percensere notis iamque inde excernere paruos.
Signa dabunt ipsi. teneris uix artibus haeret
Ille tuos olim non defecturus honores.

269. Sint incaelsi *A.* hirte *A.* 270. Hos *A.* nasib; *A: quod correxi.* 271. Sperent adstrictis *A.* illia uentrj *A.* 275. magnus *A.* 277. ego orura *A.* 280. letebras *A.* est *addidit Carolus Lachmannus.* 281. patre *A: correxit Lachmannus.* munus *Lachmannus:* magnos *A.* 282. fastigia *A: correxit Lachmannus.* 285. fastus *Lachmannus:* custos *A.* adultera^{s} est *A.* 289. Parcensere *A.* prauos *Burmannus.* 290. ipse *A: correxit Vlitius.* 291. tuis *A.*

Iamque illum inpatiens aequae uehementia sortis
Extulit: adfectat materna regna sub aluo,
Ubera tota tenet, stat tergo liber aperto
Dum tepida indulget terris clementia mundi.
Verum ubi Caurino perstrinxit frigore Vesper,
Ira iacet turbaque potens operitur inerti.
Illius et manibus uires sit cura futuras
Perpensare: leuis deducet pondere fratres.
  Haec de pignoribus, nec te mea carmina fallent.
Protinus et cultus alios et debita fetae
Blandimenta feres curaque sequere merentem:
Illa perinde suos, ut erit deuincta, minores
Ad longam praestabit opem. tum denique, fetu
Cum desunt, operis fregitque industria matres,
Transeat in catulos omnis tutella relictos.
Lacte nouam pubem facilique tuebere maza,
Nec luxus alios auidaeque impendia uitae
Noscant. haec magno redit indulgentia damno.
Nec mirum: humanos non res magis altera sensus
Tollit: sed ratio uitiis adeuntibus opstat.
Haec illast Pharios quae fregit noxia reges,
Dum seruata cauis potant Mareotica gemmis
Nardiferumque metunt Gangen uitiisque ministrant.

292. ęque *A*. 294. Libera *A: correxit Pithoeus.* stat *Gronouius:* ea *A*. 296. chaurino *A*. 297. Ire placet *A: correxit Vlitius.* 298. et *Heinsius:* e *A*. 300. Haec de *Burmannus:* Nec me *A*. 301. faetae *A*. 302. curasque *A*. 303. delacta *A: correxit Lachmannus.* 305. operi *A: correxit Vlitius.* 307. Lactem *A*. tuaebere *A*. 310. res *Lachmannus:* est *A*. 311. Tollit se ratio et uitiis *A: correxit Lachmannus.*

Sic et Achaemenio cecidisti, Lydia, Cyro:
Atqui diues eras fluminis aurea uenis.
Scilicet ad summam ne quid restaret habendum
Tu quoque luxuria fictas dum colligis artes
Et sequeris demens alienam, Graecia, culpam,
O quantum et quotiens decoris frustrata paterni!
At qualis nostris, quam simplex mensa Camillis!
Qui tibi cultus erat post tot, Serrane, triumphos!
Ergo illi ex habitu uirtutisque indole priscae
Inposuere orbi Romam caput, actaque ab illis
Ad caelum uirtus summosque tetendit honores.
Scilicet exiguis magna sub imagine rebus
Prospicies, quae sit ratio et quo fine regenda.
Idcirco imperium catulis unusque magister
Additur: ille dapes poenamque operamque
Temperet, hunc spectet siluas domitura iuuentus.
Nec uile arbitrium est: quoicumque haec regna dicantur,
Ille tibi egregia iuuenis de pube legendus,
Vtrumque et prudens et sumptis impiger armis.
Quod nisi et accessus et agendi tempora belli
Nouerit et socios tutabitur hoste minores,
Aut cedent aut illa tamen uictoria damnost.
Ergo in opus uigila factusque ades omnibus armis:
Arma acuere uiam. tegat imas fascia suras

316. Atque *A.* fluminis] fluuialibus *c.* 319. grecia *A.* 322. serane *A.* 323. ille *A.* indolae *A.* 327. Prospecies *A.* regendae *A.* 329. ministrans *in fine uersus addit c.* 333. prodens *A.* 335. sotios *A.* 336. caedent *A.* 337. de habitu uenatoris *margo A.* 338. hacuere uita *A.* facia *A.*

is inulina suis et tergore fuluo
I canaque e maele galeri,
Ima Toletano praecingant ilia cultro
Terribilemque manu uibrata falarica dextra
Det sonitum et curuae rumpant non peruia falces.
Haec tua militia est. quin et Mauortia bello
Vulnera et errantes per tot diuortia morbos
Causasque adfectusque canum tua tuerist.
Stat Fatum supra totumque auidissimus Orcus
Pascitur et nigris orbem circumsonat alis.
Scilicet ad magnum maior ducenda laborem
Cura, nec expertos fallet. deus hic quoque noster,
Est aliud quod praestet opem placabile numen.
Nec longe auxilium, licet alti uulneris orae
Abstiterint atroque cadant cum sanguine fibrae:
Inde rape ex ipso qui uulnus fecerit hoste
Virosam eluuiem lacerique per ulceris ora
Sparge manu, uenas dum sucus conprimat acer.
Mortis enim patuere uiae. tum pura monebo
Circum labra sequi tenuique includere filo.
At si pernicies angusto pascitur ore,
Contra pande uiam fallentisque argue causas.

9. 340. *initia uersuum abscissa in A.* 340. I *potest fuisse iam* S, *non fuit* M. 341. *fortasse* Toletani-cultri. illia *A.* 343. curue *A.* 344. canum remedia *margo A.* 345. uertia *A.* 346. tua cura t. *c.* 350. hinc quoque nostrę *A: correxit Lachmannus.* 351. opus *A: correxit Burmannus.* 352. a *A: correxit Barthius.* 353. utroque *A: correxit Vlitius.* 55. uiceris *A.* 356. sucus acer conprimat *A.* 357. purmobebo . 358. labras *A.* 359. Ad *A.* 360. prande *A.* arguet aus *A. nam huius et sequentium duorum uersuum fines abscissi.*

Morborum in uitio facilis med
Seu tactu inpositis mulcent p
(Id satis) aut nigrae circum picis unguine signan
Quodsi destricto leuis est in uulnere noxa,
Ipse habet auxilium ualidae natale saliuae.
Illa grauis labes et curast altior illis,
Cum uitium causae totis egere latentes
Corporibus seraque aperitur noxia summa.
Inde emissa lues et per contagia morbi
Venere in uulgum iuxtaque exercitus ingens
Aequali sub labe ruit nec uiribus ullis
Aut merito ueniast aut spes exire precanti.
Quod siue a Stygia letum Proserpina nocte
Extulit et Furiis commissam ulciscitur iram,
Seu uitium ex alto spiratque uaporibus aether
Pestiferis, seu terra suos populatur honores,
Fontem auerte mali. trans altas ducere calles
Admoneo latumque fuga superabitis amnem.
Hoc primum effugium leti. tunc ficta ualebunt
Auxilia et nostra quidam redit usus ab arte.
Sed uarii motus nec in omnibus una potestas:
Disce uices et quae tutelast proxima tempta.
Pluruma per catulos rabies inuictaque tardis
Praecipitat letale malum: sic tutius ergo

361. medicina recenti *c.* 362. Sed *A: correxit Heinsius.* inpossitis *A.* pecuaria palmis *c.* 366. curas *A: corre*[...] *Pithoeus.* 369. morbis *A: correxit Vlitius.* 370. ius *A: correxit Pithoeus.* 372. praecanti *A.* 374. furti[...] *correxit Iohnsonus.* 376. seu terra] si litaera *A.* 378. perhabitis *A.* 379. lati *A.* 384. Prȩcipiat *A: correxit* [...]*thoeus.* laetale *A.* sicutius *A.*

Antire auxiliis et primas uincere causas.
Namque subit nodis qua lingua tenacibus haeret
(Vermiculum dixere) mala atque incondita pestis.
Ille ubi salsa siti praecepit uiscera longa,
Aestiuos uibrans accensis febribus ignes,
Moliturque fugas et sedem spernit amatam.
Scilicet hoc motu stimulisque potentibus acti
In furias uertere canes. ergo insita ferro
Iam teneris elementa mali causasque recidunt.
Nec longa in facto medicinast ulcere: purum
Sparge salem et tenui permulce uulnus oliuo:
Ante relata suas quam nox bene conpleat umbras
Ecce aderit factique oblitus uulneris ultro
Blanditur mensis Cereremque efflagitat ore.
Quid priscas artes inuentaque simplicis aeui
Si referam? non illa metus solatia falsi
Tam longam traxere fidem. collaribus ergo
Sunt qui lucifugae cristas inducere maelis
Iussere aut sacris conserta monilia conchis
Et uiuum lapidem et circa Melitesia nectunt
Curalia et magicis adiutas cantibus herbas.
Ac sic offectus oculique uenena maligni
Vicit tutela pax impetrata deorum.
At si deformi lacerum dulcedine corpus
Persequitur scabies, longi uia pessima leti,

88. longae *A.* 389. uibrant *A: correxerunt Scaliger et Grouius.* accensi *A: correxit Pithoeus.* 390. fugans *A.* 91. motus timolis potentibus *A.* 392. uetere *A.* 396. quam] uas *A.* 406. oculisque *A: correxit Pithoeus.* 408. Ad *A.* deformis *Ios. Wassius.* dulcidine *A.* 409. laeti *A.*

In primo accessu tristis medicina, sed una
Pernicies redimenda anima, quae prima sequac
Sparsa malost, ne dira trahant contagia uulgi.
Quodsi dat spatium clemens et promonet ortu
Morbus, disce uias et qua sinit artibus exi.
Tunc et odorato medicata bitumina uino
Hipponiasque pices neclectaeque unguen amurca
Miscuit et summam conplectitur ignis in unam.
Inde lauant aegros: ast ira coercita morbi
Laxatusque rigor. quae te ne cura timentem
Differat, et pluuias et Cauri frigora uitent;
Sic magis, ut nudis incumbunt uallibus aestus,
A uento clarique faces ad solis, ut omne
Exsudent uitium subeatque latentibus ultro
Quae facta est medicina uadis. nec non tamen illum
Spumosi catulos mergentem litoris aestu
Respicit et facilis Paean adiuuit in artes.
O rerum prudens quantam experientia uulgo
Materiem largita boni, si uincere curent
Desidiam et gratos agitando prendere finis!
Est in Trinacria specus ingens rupe cauique
Introsum reditus, circum atrae moenia siluae
Alta premunt ruptique ambustis faucibus amnes

412. uulgus *uel* uulgum *Heinsius*. 413. praemonet *Titius* *e* *Graeuius*. 415. odorata *A*. uiro *A: correxit Iohnsonus* 416. Iponiasque pices nec liceat quę *A: quod correxi*. 418. astira *A*. 419. ne cura *Gronouius:* nec urat *A*. *ti*mentem *A*. 420. et hauri *A*. 422. facies *A*. 428. *ma*teriam *A*. 430. trinacrias pectus *A*. 431. circom atre*moe*nia silue *A*.

Vulcano condicta domus. quam subter eunti
Stagna sedent uenis oleoque madentia uiuo.
Huc defecta mala uidi pecuaria tabe
Saepe trahi uictosque malo grauiore magistros.
'Te primum, Vulcane, loci pacemque precamur
Incola sancte tuam: da fessis ultima rebus
Auxilia et, meriti si nulla est noxia tanti,
Tot miserare animas liceatque attingere fontis,
Sancte tuos.' ter quisque uocant, ter pinguia libant
Tura foco, struitur ramis felicibus ara.
Hic dictu mirum atque alias ignobile monstrum
Aduersis specibus ruptoque e pectore montis
Venit ouans Austris et multo flumine flammae
Emicat: ipse manu ramum pallente sacerdos
Termiteum quatiens 'procul hinc extorribus ire
Edico, praesente deo, praesentibus aris,
Quis scelus aut manibus sumptum aut in pectore motum est'
Inclamat: cecidere animi et trepidantia membra.
O quisquis misero fas umquam in supplice fregit,
Qui pretio fratrum meliorisque ausus amici
Sollicitare caput patriosue lacessere diuos,
Illum agat infandae comes huc audacia culpae:
Discet commissa quantum deus ultor in ira
Pone sequens ualeat. sed cui bona pectore mens est

3. Vulgano *A.* super *A.* 437. uulgane *A.* 438. fissis : *correxit Graeuius.* 439. meritis si *A.* 440. atingere , 447. termite ut *A.* 450. caecidere animi et trepidentia *A.* 2. Quis prętio *A.* 453. locessere *A.* 455. ulor *A.* 6. pectora *A.*

Obsequiturque deo, deus illam molliter aram
Lambit et ipse suos ubi contigit ignis honores,
Defugit ab sacris rursumque reconditur antro:
Huic fas auxilium et Vulcania tangere dona.
Nec mora: si medias exedit noxia fibras,
His laue praesidiis adfectaque corpora mulce,
Regnantem excutiens morbum. deus auctor, ipsa
Artem aluit natura suam. quae robore pestis
Acrior aut leto propior uia? sed tamen illi
Hinc uenit auxilium ualida uementius ira.
Quod primam si fallet opem dimissa facultas,
At tu praecipitem qua spes est proxima labem
Adgredere. in subito subitast medicina tumult
Stringendae nares et bina ligamina ferro
Armorum geminaque cruor ducendus ab aure:
Hinc uitium, hinc illa est auidae uehementia pe
Ilicet auxiliis fessum solabere corpus
Subsiduasque fraces defusaque Massica prisco
Sparge cado: Liber tenuis e pectore curas
Exiget, est morbo Liber medicina furenti.
Quid dicam tussis, quid maesti damna ueterni
Aut incuruatae siquast tutela podagrae?

457. Obsequitur deo *A*. arum *A*. 458. contiget ignis *A*. 459. Defuit ac *A*. 460. uulgania *A*. 465. aut oppropior *A*. 466. Hic *A*. 468. Ad *A*. 469. subitas *A*. 470. Stringende *A*. bina *ego:* na *A*. 473. Illic *et* solabore *A*. 474. defussaq; *A* (diffusaque *c:* correxerunt *Scaliger et Iohnsonus*). 475. tenuisse *A*. 476. Ex *Wernsdorfius*. est] et *A*. 477. maestis *A*. ueternis 478. sequast *A*.

Mille tenent pestes curaque potentia maior.
Mitte age (non opibus tanta est fiducia nostris),
Mitte, anime. ex alto ducendum numen Olympo
Supplicibusque uocanda sacris tutela deorum.
Idcirco aeriis molimur compita lucis
Spicatasque faces sacrum ad nemorale Dianae
Sistimus et solito catuli uelantur honore,
Ipsaque per flores medio in discrimine luci
Strauere arma sacris et pace uacantia festa.
Tum cadus et uiridi fumantia liba feretro
Praeueniunt teneraque extrudens cornua fronte
Haedus et ad ramos etiamnum haerentia poma,
Lustralis de more sacri, quo tota iuuentus
Lustraturque deo proque anno reddit honorem.
Ergo inpetrato respondet multa fauore
Ad partis, qua poscis opem, seu uincere siluas
Seu tibi fatorum labes exire minasque
Cura prior, tua magna fides tutelaque, uirgo.
  Restat equos finire notis, quos arma Dianae
Admittant. non omne meas genus audet in artis.
Est uitium ex animo, sunt quos imbellia fallant
Corpora, praeueniens quondam est incommoda uirtus.
Consule, Penei qualis perfunditur amne
Thessalus aut patriae quem conspexere Mycenae
Glaucum: nempe ingens, nempe ardua fundet in auras

481. animae *A: correxerunt Scaliger et Barthius.* 482. Supplicibus uocanda *A.* de equis *margo A.* 484. nemora alta *A: correxit Turnebus.* 492. reddet *A: correxit Barthius.* 493. respondit *A.* 494. seuincere *A.* 502. mycaenae 503. Claucum *A.*

Crura: quis Eleas potior lustrauit harenas?
Ne tamen hoc attingat opus: iactantior illi
Virtus quam siluas durumque lacessere Marte
Nec saeuos miratur equos terrena Syene.
Scilicet et Parthis inter sua mollia rura
Mansit honor: ueniat Caudini saxa Taburni
Garganumue trucem aut Ligurinas desuper Alpes,
Ante opus excussis cadet unguibus. et tamen il
Est animus fingetque meas se iussus in artes:
Sed iuxta uitium posuit deus. at tibi contra
Callaecis lustratur equis scrupossa
Non tamen Hispano Martem temptare m
Ausim. murcibiis uix ora tenacia ferr
Concedunt. at tota leui Nasam
Fingit equos. ipsis Numidae soluer
Audax et patiens operum g
Centum actus spatiis atque eluctabitur iram.
Nec magni cultus: sterilis quodcunque remisit
Terra sui tenuesque sitim producere riui.
Sic et Strymonio facilis tutela Bisaltae:
Possent Aetnaeas utinam se ferre per arces,
Qui ludus Siculis. quid tum, si turpia colla
Aut tenuis dorso curuatur spina? per illos
Cantatus Graiis Acragas uictaeque fragosum
Nebroden liquere ferae: o quantus in armis

507. miretur *Burmannus.* syenae *A:* Cyrene *Wesselingius ad itin. Ant. p.* 68. 511. excusis *A.* 514. *huius et sequentium quinque uersuum fines abscissi in A.* scruposa Pyrene *c.* 115. minacem *c.* 516. Murbogii *Wesselingius p.* 440. ferro *c.* 517. at *Vlitius:* aut *A.* 519. g *non prorsus certum.* 522. sitis *A: correxit Barthius.* 527. gratis *A.*

Ille meis, quoius dociles pecuaria foetus
Sufficient! quis Chaonias contendere contra
Ausit, uix merita quas signat Achaia palma?
Spadices uix Pellaei ualuere Cerauni,
Et tibi deuotae magnum pecuaria Cyrrhae,
Phoebe, decus meruere, leuis seu iungere currus
Vsus, seu nostras agere in sacraria tensas:
Venanti melius pugnat color, optima nigri
ra illi badiosque legunt
rum fessas imitantur terga fauillas.
tum Italiae (sic di uoluere parentes)
et terras omni praecepimus usu.
collustrat prata

0. chaonia *A.* 532. pellei *A.* 533. cirrę *A.* 535. agere
acraria *A.* 537. *huius et sequentium quattuor uersuum*
tia abscissa in A. quae post legunt *sequuntur u.* 537 *di-*
ici nequeunt. 538. terda *A.* 540. praecipimus *A.* 541.
st prata *uocabulum quod legi nequit habet A.*

Nequid bonae chartae sine utilitate consumatur interponam hic coniecturas aliquot, quarum recens mihi memoria est. itaque Horatium carm. 3, 20, 7 *s. scripsisse nego* Grande certamen, tibi praeda cedat maior, an illi. *scripsit, opinor, sic* Grande certamen, tibi praeda cedat, maior an illa.

Poeta ignotus apud Burm. anth. Lat. 3, 2 *et Wernsd. poet. Lat. min. t.* 5 *p.* 1352 *haec non potuit dicere de diruta urbe Athenarum*

Hasne dei, dices, caelo petiere relicto,
Regnaque partitis haec fuit una deis?

Hemsterhusio Rixane *uel* Rixaque *scribendum uidebatur. quidni* Pugnaque?

In epistola M. Aurelii ad Frontonem 3, 9, *p.* 73 *ed. Rom. haec leguntur* Postremo — ipsum lucum, qui Capitolium montem strepit, quaeso *etc. scribe* saepit.

Eiusdem epistola 3, 12 *his uerbis incipit eiusdem ed. p.* 75 Duas per id tempus epistulas tuas accepi. earum altera me increpabas et temere sententiam scripsisse arguebas, altera uero tuere studium meum. laudent te Baius. *scribendum esse* per idem tempus *sponte apparet. reliqua sic reficio* altera uero tueri studium meum laude nitebaris.

Memorabilem particulam libri grammatici Eichenfeldius et Endlicherus, uiri clarissimi, ediderunt anal. grammat. p. 452, *hancce* Est enim nunc genus dilatandi uerba, quae ·IO· litteris finiuntur. de quo adnesti fusti grammatic.. liber ad Asinium Pollionem, rectius dici ueniebam audiebam salliebam leniebam molliebam quam uenibam audibam sallibam lenibam mollibam. namque uenio prima correpta ueniebam, rursus prima correpta (*scr.* producta) uenebam (*scr.* uenibam), non ueniebam, audio audiebam, audeo audebam. *scribe* de quo Aristi Fusci grammatici liber *etc. Aristium Fuscum grammaticum fuisse narrant scholia Cruquiana ad Hor. serm.* 1, 9, 61.

NEMESIANI CYNEGETICA.

Versu — talis fuisse praedicatur *(Numerianus)*, ut omnes poetas sui temporis uicerit. nam et cum Olympio Nemesiano contendit, qui *ἁλιευτικὰ κυνηγετικὰ* et *ναυτικὰ* scripsit quique omnibus coronis illustratus emicuit —

Fl. Vopiscus Num. 1 (11).

Mirabamur poetam, qui infrenos dixerat Numidas (*Virg. Aen.* 4, 41), et illum alterum, qui ita collegerat, ut diceret in equitando uerbera et praecepta esse fugae et praecepta sistendi (*Nem.* 268).

Ausonius grat. act. 27.

— tuis compilationibus confuso et, sicut ipse dixisti, praepostero ordine positis et nunquam in eodem statu manentibus aliter respondere non potui, nisi, ut uenatores ferae lustra sequentes agere, auditu et lectione puer scolarius in libro qui inscribitur kynegeticon Carthaginensis Aurelii didici, hac illacque discurrendo, retrograda etiam uestigia repetendo, anfractus tuos uestigando explicare studerem: quod adhuc mihi erit necessarium facere et in explicanda de inceptis ratione et in ostendenda causali actione de his, quae admisisti et pro quibus tibi et ecclesiae tibi commissae scripsi, contra quae inregulariter subscriptionem, quin potius tuam nouam praesumptionem adiens 'mille uias tristesque labores discursusque citos, securi praelia ruris' et sincera corde lites domesticas subire compellar.

Hincmarus archiepiscopus Rhemensis ad Hincmarum episcopum Laudunensem cap. 24.

M. AURELII OLYMPII NEMESIANI CARTHAGINIENSIS CYNEGETICA.

Venandi cano mille uias hilaresque labores
Discursusque citos, securi praelia ruris,
Pandimus. Aonio iam nunc mihi pectus ab oestro
Aestuat: ingentes Helicon iubet ire per agros
Castaliusque mihi noua pocula fontis alumno
Ingerit et late campos metatur apertos
Imponitque iugum uati retinetque corymbis
Implicitum ducitque per auia, qua sola numquam
Trita rotis. iuuat aurato procedere curru
Et parere deo: uirides en ire per herbas
Imperat: intacto premimus uestigia musco,
Et quamuis cursus ostendat tramite noto

·M· AURELII NEMESIANI CARTHAGINENSIS CYNEGETICON *a*, M. AVRELII OLYMPII NEMESIANI, POETAE CARTHAGINIENSIS CYNEGETICÔN LIBER *c*. 5. Castaliique — alumno *Pithoeus*, Castaliusque — alumnus *Vlitius*. 12 *post* 24 *ponunt ac: correxit Pithoeus.* se ostendat *c*.

Obuia Calliope, facilest insistere prato
Complacito, rudibus qua luceat orbita sulcis.
Nam quis non Nioben numeroso funere maestam
Iam cecinit? quis non Semelen ignemque iugalem
Letalemque simul nouit de pellicis astu?
Quis magno recreata tacet cunabula Baccho,
Vt pater omnipotens maternos reddere menses
Dignatus iusti complerit tempora partus?
Sunt qui sacrilego rorantes sanguine thyrsos
(Nota nimis) dixisse uelint, qui uincula Dirces
Pisaeique tori legem Danaique cruentum
Imperium sponsasque truces sub foedere primo
Dulcia funereis mutantes gaudia taedis:
Biblidos indictum nulli scelus: impia Myrrhae
Connubia et saeuo uiolatum crimine patrem
Nouimus, utque Arabum fugiens cum carperet arua
Iuit in arboreas frondes animamque uirentem:
Sunt qui squamosi referant fera sibila Cadmi
Stellatumque oculis custodem uirginis Ius
Herculeosque uelint semper numerare labores
Miratumque rudes se tollere Terea pinnas
Post epulas, Philomela, tuas: sunt ardua mundi
Qui male temptantem curru Phaethonta loquantur
Extinctasque canant emisso fulmine flammas
Fumantemque Padum, Cycnum plumamque senilem
Et flentes semper germani funere siluas:
Tantalidum casus et sparsas sanguine mensas

13. faciles *a*, facies *c*: *correxit Pithoeus.* 20. compellere *a.* 35. currus Phaëtonta loquantur *a.* 36. é misso *ac*: *correxit Pithoeus.*

Condentemque caput uisis Titana Mycenis
Horrendasque uices generis dixere priores:
Colchidos iratae sacris imbuta uenenis
Munera non canimus pulchraeque incendia Glauces,
Non crinem Nisi, non saeuae pocula Circes,
Nec nocturna pie furantem busta sororem:
Haec iam magnorum praecepit copia uatum,
Omnis et antiqui uulgata est fabula secli.
Nos saltus uiridesque plagas camposque patentes
Scrutamur totisque citi discurrimus aruis
Et uarias cupimus facili cane sumere praedas;
Nos timidos lepores, imbelles figere dammas
Audacesque lupos, uulpem captare dolosam
Gaudemus; nos flumineas errare per umbras
Malumus et placidis ichneumona quaerere ripis
Inter arundineas segetes faelemque minacem
Arboris in trunco longis praefigere telis
Implicitumque sinu spinosi corporis erem
Ferre domum, talique placet dare lintea curae
Dum non magna ratis, uicinis sueta moueri
Litoribus tutosque sinus percurrere remis,
Nunc primum dat uela Notis portusque fideles
Linquit et Hadriacas audet temptare procellas.
Mox uestros meliore lyra memorare triumphos
Accingar, diui fortissima pignora Cari,
Atque canam nostrum geminis sub finibus orbis
Litus et edomitas fraterno numine gentes,
Quae Rhenum Tigrimque bibunt Ararisque remotum

41. prioris *c.* 43. ingentia *ac: correxit Pithoeus.* 44. crimen *c.* 54. placidas Icneumona *a.* 65. gemini *Heinsius.*

Principium Nilique bibunt in origine fontem:
Nec taceam primum, quae nuper bella sub Arcto
Felici, Carine, manu confeceris, ipso
Paene prior genitore deo, utque intima frater
Persidos et ueteres Babylonos ceperit arces,
Vltus Romulei uiolata cacumina regni:
Imbellemque fugam referam clausasque pharetras
Parthorum laxosque arcus et spicula nulla.
Haec uobis nostrae libabunt carmina Musae
Cum primum uultus sacros, bona numina terrae,
Contigerit uidisse mihi: iam gaudia uota
Temporis impatiens sensus spretorque morarum
Praesumit uideorque mihi iam cernere fratrum
Augustos habitus, Romam clarumque senatum
Et fidos ad bella duces et milite multo
Agmina, quis fortes animat deuotio mentes:
Aurea purpureo longe radiantia uelo
Signa micant sinuatque truces leuis aura dracones.
Tu modo, quae saltus placidos siluasque pererras,
Latonae, Phoebe, magnum decus, eia age suetos
Sume habitus arcumque manu pictamque pharetram
Suspende ex humeris, sint aurea tela, sagittae,
Candida puniceis aptentur crura cothurnis,
Sit chlamys aurato multum subtegmine lusa
Conrugesque sinus gemmatis balteus arctet
Nexibus, implicitos cohibe diademate crines.
Tecum Naiades faciles uiridique iuuenta
Pubentes Dryades Nymphaeque, unde amnibus humor,

68. uident *Iohnsonus.* in] ab *c.* 71. Poene *a.* 76. nobis *ac: correxit Pithoeus.* 78. nota *c.* 91. luso *a.*

Adsint et docilis decantet Oreadas Echo.
Duc age, diua, tuum frondosa per auia uatem:
Te sequimur, tu pande domos et lustra ferarum.
Huc igitur mecum, quisquis, percussus amore
Venandi, damnas lites rabidosque tumultus
Ciuilesque fugis strepitus bellique fragores,
Nec praedas auidus sectaris gurgite ponti.
  Principio tibi cura canum non segnis ab anno
Incipiat primo, cum Ianus, temporis auctor,
Pandit inocciduum bissenis mensibus aeuum.
Elige tunc cursu facilem facilemque recursu,
Seu Lacedaemonio natam seu rure Molosso,
Non humili de gente canem. sit cruribus altis,
Sit rigidis, multamque trahat sub pectore lato
Costarum sub fine decenter prona carinam,
Quae sensim rursus sicca se colligat aluo,
Renibus ampla satis ualidis diductaque coxas,
Cuique nimis molles fluitent in cursibus aures.
Huic parilem submitte marem, sic omnia magnum,
Dum superant uires, dum laeto flore iuuentas
Corporis et uenis primaeui sanguis abundat.
Namque graues morbi subeunt segnisque senectus
Inualidamque dabunt non firmo corpore prolem.
Sed diuersa magis feturae conuenit aetas:
Tu bis uicenis plenum iam mensibus acrem
In Venerem permitte marem; sit femina, binos

3. oreades *a*. 99. Hinc *ac: correxit Vlitius.* 100. aui-
osque *ac: correxit Vlitius* 102. auido *a*. 104. sanus *c*.
105. in occiduum *c*. 109. gerat *c*. 112. deductaque
115. iuuentus *c*.

Quae tulerit soles. haec optima cura iugandis.
Sed non Spartanos tantum tantumue Molossos
Pascendum catulos: diuisa Britannia mittit
Veloces nostrique orbis uenatibus aptos.
Nec tibi Pannonicae stirpis temnatur origo,
Nec quorum proles de sanguine manat Hibero.
Quin etiam siccae Libyes in finibus acres
Gignuntur catuli, quorum non spreueris usum.
Mox cum se bina formarit lampade Phoebe
Ex quo passa marem genitalia uiscera turgent,
Foecundos aperit partus matura grauedo
Continuo, largaque uides strepere omnia prole.
Sed, quamuis auidus, primos contemnere partus
Malueris, mox non omnes nutrire minores.
Nam tibi si placitum populosos pascere foetus,
Iam macie tenues succique uidebis inanes
Pugnantesque diu, quisnam prior ubera lambat,
Distrahere inualidam lassato uiscere matrem.
Sin uero haec cura est, melior ne forte necetu
Abdaturue domo, catulosque probare uoluntas,
Quis nondum gressus stabiles neque lumina pass
Luciferum uidere iubar, quae prodidit usus
Percipe et intrepidus spectatis adnue dictis.
Pondere nam catuli poteris perpendere uires
Corporibusque leues grauibus praenoscere curs
Quin et flammato ducatur linea longe
Circuitu signetque habilem uapor igneus orbem,

123—129 *post* 230 *ponendos crediderim. Schraderus obs. p.* 8 *ss. uersum* 231 *cum quinque sequentibus post u.* 127 *coll-candos censet.* 128. Lybies *a.* 142. gressu *a.*

Impune in medio possis consistere circo.
Huc omnes catuli, huc indiscreta feratur
Turba: dabit mater partus examen, honestos
Iudicio natos seruans trepidoque periclo.
Nam postquam conclusa uidet sua germina flammis,
Continuo saltu transcendens feruida zonae
Vincla, rapit rictu primum portatque cubili,
Mox alium, mox deinde alium. sic conscia mater
Segregat egregiam subolem uirtutis amore.
Hos igitur genitrice simul iam uere sereno
Molli pasce sero (passim nam lactis abundans
Tempus adest albent plenis et ouilia mulctris),
Interdumque cibo Cererem cum lacte ministra,
Fortibus ut succis teneras complere medullas
Possint et ualidas iam tunc promittere uires.
Set postquam Phoebus candentem feruidus axem
Contigerit tardasque uias cancrique morantis
Sidus init, tunc consuetam minuisse saginam
Profuerit tenuesque magis retinere cibatus,
Ne grauis articulos deprauet pondere moles.
Nam tum membrorum nexus nodosque relaxant
Infirmosque pedes et crura natantia ponunt,
Tunc etiam niueis armantur dentibus ora.
Sed neque conclusos teneas neque uincula collo
Impatiens circumdederis noceasque futuris
Cursibus imprudens. catulis nam saepe remotis
Aut uexare trabes, laceras aut pandere ualuas
Mens erit, et teneros torquent conatibus artus

1. examine *c.* 164. Sed *c*, Sunt *a.* 168. Nec *c.* mol-
ı *c.* 169. cum *c.* 175. mandere *Heinsius.*

Obtundantue nouos adroso robore dentes
Aut teneros duris inpingunt postibus ungues:
Mox cum iam ualidis insistere cruribus aetas
Passa, quater binos uoluens ab origine menses,
Inlaesis catulos spectaueris undique membris.
Tunc rursus miscere sero Cerealia dona
Conueniet fortemque dari de frugibus escam,
Libera tunc primum consuescant colla ligari
Concordes et ferre gradus clausique teneri.
Iam cum bis denos Phoebe reparauerit ortus,
Incipe non longo catulos producere cursu,
Sed paruae uallis spatio septoue nouali.
His leporem praemitte manu, non uiribus aequis
Nec cursus uirtute parem, sed tarda trahentem
Membra, queant iam nunc faciles ut sumere praedas.
Nec semel indulge catulis moderamine cursus,
Sed donec ualidos etiam praeuertere suescant
Exerceto diu, uehandi munera cogens
Discere et emeritae laudem uirtutis amare.
Nec non consuetae norint hortamina uocis,
Seu cursus reuocent, iubeant seu tendere cursus.
Quin etiam docti uictam contingere praedam
Exanimare uelint tantum, non carpere sumptam.
Sic tibi ueloces catulos reparare memento
Semper et in paruos iterum protendere curas.
Nam tristes morbi, scabies et sordida uenis
Saepe uenit multamque canes discrimine nullo
Dant stragem: tu sollicitos impende labores

179. iam cum *a*. 194. munere *ac: correxit Vlitius.* 202. tristis *ac: correxit Barthius.*

Et sortire gregem subfecta prole quotannis.
Quin acidos Bacchi latices Tritonide oliua
Admiscere decet catulosque canesque maritas
Vnguere profuerit tepidoque ostendere soli,
Auribus et tineas candenti pellere cultro.
Est etiam canibus rabies, letale periclum.
Quod seu coelesti corrupto sidere manat
Cum segnes radio tristi iaculatur ab aethra
Phoebus et attonito pallens caput exerit orbe,
Seu magis ignicomi candentia terga leonis
Cum quatit hoc canibus blandis inuiscerat aestus,
Exhalat seu terra sinu, seu noxius aer
Causa mali, seu cum gelidus non sufficit humor
Torrida per uenas concrescunt semina flammae,
Quicquid id est, imas agitat sub corde medullas
Inque feros rictus nigro spumante ueneno
Prosilit, insanos cogens infigere morsus.
Disce igitur potus medicos curamque salubrem.
Tunc uirosa tibi sumes multumque domabis
Castorea, adtritu silicis lentescere cogens;
Ex ebore huc trito puluis sectoue feratur,
Admiscensque diu facies concrescere utrumque:
Mox lactis liquidos sensim superadde fluores,
Vt non cunctantes haustus infundere cornu
Inserto possis Furiasque repellere tristes
Atque iterum blandas canibus componere mentes.
Quin et Tuscorum non est extrema uoluptas
Saepe canum. sit forma illis licet obsita uillo

6. oliuo *a.* 212. iaculantur *a.* 216. sinus *ac: correxe-nt Scaliger Heinsius Iohnsonus.* 232. sit *Barthius:* est *ac.*

Dissimilesque habeant catulis uelocibus artus,
Haud tamen iniocunda dabunt tibi munera praedae.
Namque et odorato noscunt uestigia prato
Atque etiam leporum secreta cubilia monstrant.
Horum animos moresque simul naresque sagaces
Mox referam: nunc omnis adhuc narranda supellex
Venandi cultusque mihi dicendus equorum.
Cornipedes igitur lectos det Graecia nobis
Cappadocumque notas referat generosa propago
Armata et palmas nuper grex omnis auorum.
Illis ampla satis leui sunt aequora dorso
Inmodicumque latus paruaeque ingentibus alui,
Ardua frons auresque agiles capitique decoro
Altus honos oculique uago splendore micantes,
Plurima se ualidos ceruix resupinat in armos,
Fumant humentes calida de nare uapores,
Nec pes officium standi tenet, ungula terram
Crebra ferit uirtusque artus animosa *fatigat.*
Quin etiam gens ampla iacet trans ardua Calpes
Culmina, cornipedum late foecunda proborum.
Namque ualent longos pratis intendere cursus,
Nec minor est illis Graio quam in corpore forma;
Nec non terribiles spirabile flumen anheli
Prouoluunt flatus et lumina uiuida torquent
Hinnitusque cient tremuli frenisque repugnant,
Nec segnes mulcent aures, nec crure quiescunt.
Sit tibi praeterea sonipes, Maurusia tellus

234. iniucunda *c.* praeda *ac: correxit Barthius.* 242. Armenti et palmas numeret *I. Fr. Gronouius.* 255. numen e anhelae *ac: correxit Vlitius.*

Quem mittit (modo sit gentili sanguine firmus)
Quemque coloratus Mazax deserta per arua
Pauit et assiduos docuit tolerare labores.
Nec pigeat quod turpe caput deformis et aluus
Est ollis, quodque infrenes, quod liber uterque,
Quodque iubis pronos ceruix diuerberet armos.
Nam flecti facilis lasciuaque colla sequutus
Paret in obsequium lentae moderamine uirgae:
Verbera sunt praecepta fugae, sunt uerbera freni.
Quin et promissi spatiosa per aequora campi
Cursibus adquirunt commoto sanguine uires
Paulatimque auidos comites post terga relinquunt.
Haud secus effusis Nerei per caerula uentis,
Cum se Threicius Boreas superextulit antro
Stridentique sono uastas exterruit undas,
Omnia turbato cesserunt flamina ponto:
Ipse super fluctus spumanti murmure feruens
Conspicuum pelago caput eminet, omnis euntem
Nereidum mirata suo stupet aequore turba.
Horum tarda uenit longi fiducia cursus,
His etiam emerito uigor est iuuenilis in aeuo.
Nam quaecunque suis uirtus bene floruit annis,
Non prius est animo quam corpore passa ruinam.
Pasce igitur sub uere nouo farragine molli
Cornipedes uenamque feri ueteresque labores
Effluere aspecta nigri cum labe cruoris.
Mox laetae redeunt in pectora fortia uires
Et nitidos artus distento robore formant;
Mox sanguis uenis melior calet, ire uiarum

75. flumina *c.* 282. posse *a.* 286. laete *a.*

Longa uolunt latumque fuga consumere campum.
Inde ubi pubentes calamos durauerit aestas
Lactentesque urens herbas siccauerit omnem
Messibus humorem culmusque armarit aristas,
Ordea tum paleasque leues praebere memento:
Puluere quin etiam puras secernere fruges
Cura sit atque toros manibus percurrere equorum,
Gaudeat ut plausu sonipes laetumque relaxet
Corpus et altores rapiat per uiscera sucos.
Id curent famuli comitumque animosa iuuentus.
  Nec non et casses idem uenatibus aptos
Atque plagas longoque meantia retia tractu
Addiscant raris semper contexere nodis
Et seruare modum maculis linoque tenaci.
Linea quin etiam, magnos circumdare saltus
Quae possit uolucresque metu concludere praedas,
Digerat innexas non una ex alite pinnas.
Namque ursos magnosque sues ceruosque fugaces
Et uulpes acresque lupos ceu fulgura coeli
Terrificant linique uetant transcendere septum.
Has igitur uario semper fucare ueneno,
Cura tibi niueisque alios miscere colores
Alternosque metus subtegmine tendere longo.
Dat tibi pinnarum terrentia milia uultur,
Dat Libye, magnarum auium foecunda creatrix,
Dantque grues cycnique senes et candidus anser,
Dant quae fluminibus crassisque paludibus errant

291. Lactantesque *a*. 292. Mensibus *c*. culmisque *c*. 299. ijdem *ac*. 311. subtegmina *c*. tendere *Vlitius:* tempore *ac*. 312. Dant *c*. 313. Lybie *a*. 314. Datque *c*.

Pellitosque pedes stagnanti gurgite tingunt.
Hinc mage puniceas natiuo munere sumes:
Namque illic sine-fine greges florentibus alis
Inuenies auium suauique rubescere luto
Et sparsos passim tergo uernare colores.
His ita dispositis hiemis sub tempus aquosae
Incipe ueloces catulos inmittere pratis,
Incipe cornipedes latos agitare per agros.
Venemur dum mane nouum, dum mollia prata
Nocturnis calcata feris uestigia seruant.

0. uenare *c.* *post* 325 FINIT M· AVRELII NEMESIANI
ARTHAGINENSIS CYNEGETICON *a.*

biunctis quidam hyphen legunt, diuisis. sic in Olym-
o 'abiungere Luna Iunices.' cui contrarium est
niungere.

Lutatius ad Statii Theb. 5, 389.

iilosophi lunam esse terram dicunt, quae circa
strum hoc solum circulo altiore suspensa est. haec
item omnia corpora (maiora *addit Wernsdorfius*)
gnit, utpote quae uicina sit caelo. poetae denique
nnes asserunt leonem de his polis ortum, quem Her-
iles prostrauit, ut etiam Olympus (Olympius *Werns-
orfius*) ait, quasi proximus sit terris et ultimus.

Idem ad Theb. 2, 58.

VERSVS DE AVCVPIO.

Gybertus Longolius in dialogo de auibus (Coloniae excudebat Io. Gymnicus Anno M. D. XLIIII) *p. E 2ª* Nemesiani poetae authoritas, qui de aucupio Latinis uersibus conscripsit, me in hanc sententiam perduxit (*tetracem esse urogallum*). descripserat autem furtim in bibliotheca porcorum Saluatoris Bononiensis uersus aliquot Hieronymus Boragineus Lubecensis, magnae spei adolescens, cum quo Bononiae et Ferrariae aliquandiu communi uita uixi: ex iis ego quosdam cum opus erit historia, tibi recitabo.

Et tetracem, Romae quem nunc uocitare taracem
Coeperunt. auium est multo stultissima. namque
Cum pedicas necti sibi contemplauerit adstans,
Immemor ipse sui tamen in dispendia currit.
Tu uero adductos laquei cum senseris orbes
Appropera et praedam pennis crepitantibus aufer.
Nam celer oppressi fallacia uincula colli
Excutit et rauca subsannat uoce magistri
Consilium et laeta fruitur iam pace solutus.
Hic prope Pontinum et radices Apennini
Nidificat, patulis qua se sol obiicit agris,
Persimilis cineri dorsum, maculosaque terga
Inficiunt pullae cacabantis imagine notae.
Tarpeiae est custos arcis non corpore maior
Nec qui te uolucres docuit, Palamede, figuras.

2. namque *C. Gesnerus:* nunquam *apud Longolium.* 10. Pontinum *Vlitius:* Pentinum *apud L.* et *ego addidi.* 12. collum *Gesnerus.* 13. notae] guttae *Vlitius.*

Saepe ego nutantem sub iniquo pondere uidi
Mazonomi puerum, portat cum prandia, circo
Quae consul praetorue nouus construxit ouanti.

2a (*de ascalopa*) Nemesianus scolopacem cum Hero- iano appellat, et huius uenationem mox post otidem qui- usdam notis similem statim describit. Aristoteles illius ennas attageni similes plane asseuerat. magnitudine allinulae, rostro longo, cursu celeri, addit et *φιλάνθρωπον* sse. Nemesianus columbae quantitatem illi assignat, ostrum oppido quam longum, oculos pro corporis mole astiores, obtusum oculorum uisum. Herodianus syluestrem erdicem interpretatur. Nemesiani uersus, si quis ex- stit, sunt

Cum nemus omne suo uiridi spoliatur honore
Fultus equi niueis syluas pete protinus altas
Exuuiis: praeda est facilis et amoena scolopax.
Corpore non Paphiis auibus maiore uidebis.
Illa sub aggeribus primis, qua proluit humor,
Pascitur, exiguos sectans obsonia uermes.
At non illa oculis, quibus est obtusior, etsi
Sint nimium grandes, sed acutis naribus instat:
Impresso in terram rostri mucrone sequaces
Vermiculos trahit et uili dat praemia gulae.

a Neque hoc mirandum est, cum uideamus Aristotelem t Aelianum apud Graecos, Romanorum uero Plinium et Temesium (*sic*) nulla in naturae parte describenda ieiu- iores quam in auium historia.

7. Mazonomi *Gesnerus:* Mazonoim *apud L.* circo *Burmannus:* cirro *apud L.*

HALIEVTICA A SERTORIO QVADRIMANO INVENTA.

Hier. Columna ad Ennii fragm. p. 246 (153 *Hess.*) E nostris — solus, quod sciam, Ouidius halieuticon scripsit, qui ἀκέφαλος et maiori ex parte decurtatus ad nos peruenit: cuius tandem initium Sertorius Quadrimanus, uir singulari doctrina praeditus et diligens antiquorum auctorum inuestigator, ex uetustissimo codice nobis sua manu descriptum dedit: quod huc transcribendum curauimus, rati antiquitatis studiosis non iniucundum fore haec carmina ab obliuionis faucibus erepta in medium afferre.

Tertia Phoebei referunt hiberna iugales,
Quum magni Iouis imperiis te, Roma, reliqui,
Coniugis et uultu semper cariturus amico
Exul in extremas adigor moriturus arenas.
Semper ubi immiti canescunt arua pruina
Aethereusque ruit sublimi a uertice Corus
Quando alibi radiis flammantibus arua perurit
Phoebus et exhaustis ferueseunt flumina ripis.
Hic ego barbaricae uitans commercia gentis,
Quum primum noctis tenebras Aurora fugauit,
Desertos scopulos et littora sola frequento
Aspiciensque ferox oculis lachrymantibus aequor
Conqueror, heu, superos nequidquam uoce fatigans.
Exciti gemitu pisces e fluctibus imis
Emergunt, mecum forsan fera fata uocantes,
Et ni uox desit, uellent lenire dolentem,
Vnquam nec latebris abducunt corpora caecis,
Ni prius ipse abeam, Solis iam luce cadente.
Ergo equidem experiar, possim si digna referre
Praemia et aeternis inscribere nomina chartis,
Nomina, quae nullis pereant fugientibus annis.
Quare, o magnorum pars non spernenda deorum,
Quos tegit in gremio Tethys longaeua uirente,
Glauce, fluentisonis placidum caput effer ab antris

Et mecum immensi percurras littora ponti,
Dum populos pelagi canimus gentemque natantum.
Spero ego te mihi praesidio per cuncta futurum,
Vt qui squammigerae gentis bene nomina noris,
Ni mendax fuerit, quae de te fabula fertur,
Te quondam herboso proiectos littore pisces
Obstupuisse maris rursus sub stagna reuerti,
Extincti quum iam caelesti luce carerent,
Gramine quum tacto patriae sola dulcia linquis,
Canae Amphitrites magno succensus amore.
Quare si ueteris durant uestigia moris,
Si precibus hominum flectuntur numina ponti,
Huc adsis dirigasque pedes humerosque natantis.
Sicaniae primum quaeramus marmora, non qua
Enceladus uastas uoluit trans nubila flammas.
Et totas quatit assiduis succussibus urbes,
Ast ubi Neptunus, magno fera saxa tridente
Trudens, Italiam Siculis discindit ab aruis,
Forsan et inde tibi ueniet pergrata uoluptas,
Saxa uidens ponti furiis nunc obuia saeuis,
In quo, pro Circes letalia gramina, uultus
Dilectae quondam Scyllae mutastis amatos.
Hic tu non poteris fletum cohibere cadentem,
Sed longum ueteres etiam lugebis amores
Amplexusque manu durae dabis oscula cauti,
Quamuis coeca fremant gemitu spelaea sonanti
Atque obsessa gerat latitantibus inguina monstris.

Mitem luctantem scarus in limine uidit

5. amoris *Columna in margine et P (schedae Petri Pantini* *ud Burmannum anth.* *Lat.* 2, *p.* 384. *miserat Pantinus 'hoc* *lieutici Ouidiani (nisi Itali imponunt; quamquam non impo-* *unt, opinor) Neapoli non ita diu ex situ erutum' ad Iustum* *ipsium, Mantua Carpetanorum a. d. XI kal. Augusti a.* 1589. *. Burm. syll. ep.* 1, *p.* 442). 46. amatae *P.* 51. latranbus *Pantinus.* 52. *cf. Ouidii hal.* 16.

Iactantemque manus rapitur diuersa nec unquam
Desinit infestare minores obuia thinnos.

Aduersi caudam morsu tenet

At tu, quum uastas terras super aureus it Sol
Plenaque uel tacitò uectatur Cynthia coelo,
Nequidquam insidias tendas sub nocte silenti.
Nanque procul fluitantem hamum uel retia cernun
Candida nocturnas pellit quum Luna tenebras.
Idcirco, ponti subeat dum templa, morare.
Tunc uero nigris uideas uolitantibus umbris

At murena ferox dimotis

Saepia tarda fugae nec non et polypus haeret.

Fluctibus occiduis dicunt haec monstra uagari,
Quae miseros nautas nauesque morantur euntes.
At mugil cauda pendentem uerberat hamum.

Auxiliumque uagas delphin lature per undas.
Namque tuas persensit opes dis carus Arion,
Quum tu subducto spumosa per aequora tergo
Illaesum uectas patriaque exponis in acta.

Nam gaudent pelago quales scombrique lupique
Atque boues patula captantes nare fluores

Dicendum Illyricis uolitat qui piscis in undis

Quam uastas habeat uires in corpore, quamuis

55. ***Ou.*** **17.** **61.** **morari** ***P.*** **63.** ***Ou.*** **27. 24.** **64.** ***Ou.*** **32.** **67.** ***Ou.*** **38.** **69.** **tuam — opem** ***Burmannus.*** **71.** **ga** ***P.*** **72.** ***Ou.*** **94.** **73.** **patulos** ***P?***

Arma haud ulla homini dederit natura nocendi.
Ipse lupo assimilis paruo setaeque comantes
Demissae extremae lambunt confinia caudae
Purpureoque micant tenuissima colla colore.
Si forte aduentante die caput extulit undis
Atque recens orti lumen conspexit Eoi
Pallidus extincto tabescit Cynthius orbe
Nec lucem attonitis fundit mortalibus almam.
Vidi ego, quum nulli uolitarent aere uenti
Atque obscura nouo cessissent nubila soli,
Ardua turbinibus mundi conuexa sonoris
Impelli et crebris nubes fulgescere flammis,
Ac tempestatem mox aduexisse serenam
Postquam sub pelagi fluctus ferus ille refugit.

Parua echenaeis adest, mirum, mora puppibus ingens.

purpureo tellus qua tunditur aestu.
Antheris est tergo prorsus florente decorus.
Huius in immensa residet lapis abditus aluo
Caeruleus stellasque gerit, uelut aurea caeli
Tecta micant postquam Phoebus caua Tartara adiuit
Nec curru nocturna uolat Phoebaea nitente.
Hunc si Cecropiae suffusum caede uolucris
Quis gerat, hic poterit medios impune uagari
Per populos: incedentem non ulla uidebunt
Lumina, nigranti ueluti res aere septas.

At durus xiphias, ictu non mitior ensis,
Et pauido magno fugientes agmine thynni

Qui semper spumas sequeris, pompile, nitentes,

79. meant *P.* 90. *Ou.* 99. 91. oestro *P.* 92. Aetheris *P.* 101 *s. Ou.* 97 *s.* 103. *Ou.* 101.

Cercyrosque ferox et ouantes gutture cancri,
Orphas et herbosa latitans erythinus in unda
Et sparulus sargusque notis insignis opimis,
Chrysophrys imitata decus et uerba uolantum:
Nanque uolat scopulique latens in uertice acuti
Concinit, ut nunquam melius sub fronde uirenti
Attica auis uerna sub tempestate queratur.

tum corporis umbrae
Liuentis rapidique lupi percaeque tragique

cauda melanurus acuta
Atque canes leporesque truces merulique uirentes
Foecundumque genus maenae

Ipse et purpureo suffusus sanguine mullus
et molles tergore ranae.

104. Ou. 109 et 115 *AB*. 105. *Ou.* 104. 106. *Ou.* 105 s
107. *Ou.* 111 (*et* 122?) 111 *s*. *Ou.* 111 *s*. tum corporis
umbrae *om P*. 112. Linentis *P*. 113. *Ou.* 113. 114. le-
poresque] *Ou.* 126 *AB*. merulique uir.] *Ou.* 114. 115. *Ou.*
120. 116. *Ou.* 123. 117. *Ou.* 126.

INEDITA.

Haustibus, quando pleni negantur, exiguis decet bibere, nec, ubi riuuli desunt sectantibus, guttatim erudiri dedecet.

Iac. Grimm. hymn. p. 5.

Lat. Auth.
§ Anonymous.

HYMNVS.

Omnipotens, annosa poli quem suscipit aetas,
Quem sub millenis semper uirtutibus unum
Nec numero poterit quisquam pensare nec aeuo,
Nunc esto affatus si quo te nomine dignum est,
Quo sacer ignoto gaudes, quod maxima tellus
Intremat et sistant rapidos uaga sidera cursus.
Tu solus, tu multus item, tu primus et idem
Postremus mediusque simul mundi superextas.
Nam sine fine tui labentia tempora finis,
Altera ab aeterno spectans fera turbine certo
Rerum fata rapi uitasque inuoluier aeuo
Atque iterum reduces supera in conuexa referri,
Scilicet ut mundo redeat quod partubus aethra
Perdiderit refluumque iterum per corpora fiat.
Tu, siquidem fas est in temet tendere sensum

VERSVS PLATONIS ad quendam Tyberianum de greco in latinum translatę *C.* 4. effectus *C.* 6. iuga *C.* 8. mundv *C.* 10. Alter *C.* 12. inconuexa *C.* 13. partibus *C.* astra *C*: *correxit Godofredus Hermannus.*

Et speciem temptare sacram, qua sidera cingis
Inmensus longamque simul complecteris aethram,
Fulmineis forsan rapida sub imagine membris
Flammifluum quoddam iubar es, quo cuncta coruscans
Ipse uides nostrumque aperis solemque diemque.
Tu genus omne deum, tu rerum causa uigorque,
Tu natura omnis, deus innumerabilis unus,
Tu sexu plenus toto, tibi nascitur olim
(Hic deus, hic mundus, domus hic hominumque deumque)
Lucens augusto stellatus flore iuuencus.
Quem, precor aspires, qua sit ratione creatus,
Quo genitus factusue modo, da nosse uolenti;
Da, pater, augustas ut possim noscere causas,
Mundanas olim moles quo foedere rerum
Sustuleris animamque leui quo maximus olim
Texueris numero, quo congrege dissimilique
Quicquid id est uegetum per concita corpora uiuit.

16. saram *C.* 18. forsam *C.* 19. coruscas *C.* 20. aper *Hermannus:* premis *C.* 25. iuuentus *C: correxit Herman* 32. VIVIT *C.*

DE SEPTEM MIRACVLIS MVNDI.

Incipit de VII miraculis mundi. Ista sunt quaepiam in uisionem dei, quaepiam autem ab inuentione humana constructa sunt. ad homines tamen constat esse fundata: ideoque et quaedam durauerunt, quaedam ruinae sunt proxima. Nam sunt alia, quae ipse omnipotens deus nos proprio opere in hoc mundo uel per singulos dies reuocat uel post transactum mundi circulum repraesentat. quae et in locupletatione ostenduntur muneris, ut est commutatio oceani et fructuum terrae: alia uero in ostentione proferuntur uirtutis, ut est sol, luna, stellae, phoenix: quaedam ex his peccatores arguunt et ignem infernalem figurant, ut est Aetna, fons Gratianopolitanus.

Haec sunt miracula, quae nulla aetate senescunt, nullo occasu occidunt, nulla labe minuuntur, nisi cum dominus mundum dissolui praeceperit.

2. q̄piā — quępiā *D*. 3. ad inuentionem humanam *D*. 10. commotatio *D*. 13. aethna *D*. 17. praeciperit *D*.

I. Primum ergo omnium maris oceani commutatio, in qua ita per dies singulos dilatatur, ut accedens oram litoris repleat rursumque recedens siccum praebeat iter tunc populis per aridam humum gradientibus, in qua piscium diuersorumque leguminum multitudo copiosa collegitur. hoc primum miraculum deus humano generi praeparauit, quod et admiratione praeclarum est et congruum seruituti.

II. Secundum est simile huic, de granis frugum scilicet et de fructibus arborum, cum iactu terrae semina et sulcis operta adueniente aestate eriguntur in culmos ornataque comis et spicis lacteo intrinsecus adipe saginantur. quae doctrinae satis de profectu uerborum suorum, quae in populis incibat, parabolice commutauit, dicens 'sic est uerbum dei quemadmodum si iactet homo semen et exsurgat nocte et die: ultro enim *terra fructificat*: primum herba, deinde spica, deinde plenum granum in spica.' Paulus autem apostolus de resurrectione hanc rationem praefiguráuit, dicens 'quod seminas non uiuificatur, nisi prius moriatur. sic est' inquit 'resurrectio mortuorum: seminatur in infirmitate, surgit in uirtute' et cetera. aeque est autem arborum natura, quae, ut puto, ipsam resurrectionem significant, cum in hieme nudatae foliis tamquam mortuae habentur, uerno uero tempore ornantur foliis, decorantur floribus, pomisque

16. commotauit *D.* dicens] *Marc.* 4, 26. 20. Paulus] 1 *Cor.* 1, 15, 36. 41. 43.

aestate replentur. quod miraculum quamquam utatur similitudine, et praesens tamen beneficium populis praestat, ut cognoscat homo ab illo se accipere uictum, qui eum creauit ex nihilo.

III. Tertium est quod de foenice Lactantius refert. magna, ait, corpore et decora plumis unguibusque et oculis. quae alterius auis non est coniuncta consortio nec iuncta coniugio. nam et nescire homines manifestum est cuius sit generis, masculus an femina siue neutrum. haec postquam mille transierit annos, petit locum omnibus mundanis locis praeminentem, in quo habetur lucus uiridi coma uerno hibernoque perdurans, in cuius medio fons est magnus et ubertate profluus et lenitate praeclarus. huius in litore arbor nobilis reliquas luci arbores proceritate praecellens. in huius arboris uertice haec auis diuersis pigmentorum generibus construit sibi nidum seu sepulchrum insedensque in medio eius ore odoramenta adtrahit seque ex his tegit. tunc diuersis modulis incipit cantus suaues effundere ac de nido exiliens aquarum se undis inmergit. idem cum ter quaterque repetierit, ascendit iterum adtrahitque denuo super se odoramenta, quae detulit. emicante autem sole primum ei iubar ingerit igneum, adprehensoque nido tota integre concrematur. tunc puluis exustus ex se colligitur, in unam massam quasi in oui speciem conglobatur, ac exinde iterum re-

6. ungibusque D. 25. adprehensumque nidum D.

surgens resumpta uita nutritur, nec cuiquam homini, dum implumis est, pascere cura subest, sed rore tantum caelesti nutritur, et ad pristinam speciem reuocatur, et ipsius figurae, his denique plumis eodemque colore reparata progreditur ut prius fuerat ante mortem. quod miraculum nostrae resurrectionis fidem adfirmat et manifeste ostendit qualiter homo luteus in puluerenque redactus iterum de ipsis fauillis tuba canente resuscitandus sit.

IIII. Quartum Aetna, mons Siciliae insulae. uiuis semper mancipatus ardoribus aestuat flammasque euomens ualidas terribiliter praedictae regionis accolis ignea cotidie sulphura eructuat. de quibus Publius Mantuanus in tertio libro sic ait
'portus ab accessu uentorum inmotus et ingens ipse, sed horrificis iuxta tonat Aetna ruinis
interdumque atram prorumpit ad aethera nubem,
turbine fumantem piceo et candente fauilla,
attollitque globos flammarum et sidera lambit.'
sed et, si qua in foramina, unde hae flammae egrediuntur, fuerint iniecta, mox euomuntur. meminit etiam huius montis Titus Liuius his uerbis 'montes maximi in Sicilia IIII, Erycus Nebrodes

1. neq cuiquam *incertum. sed cf. Lact. phoen.* 110. 5. eidemque *D.* 11. aethna *D.* 14. sulphora *D.* 15. montanus *D. cf. Virg. Aen.* 3, 570 *ss.* 16. ascensu *D.* 17. aethna *D.* 18. atrum *D.* 23. tit. libius *D.* 24. ericius *ante rasuram* i *alterius D.* Erycus *inuenitur apud Tac. ann.* 4, 43, *in melioribus exemplaribus Cic. Verr.* 2, 2, 8 (22). 47 (115) *et Flori* 2, 2, *apud Scaurum p.* 2262 *P.* 452 *Eichenf.*

Neptunius et Aetna. quem uident saepius a summo flammas uertice euoluere, idque Centuriporum urbis propinquae fide credendum, quamquam id, cum primum Romae nuntiatum est arsisse Aetnam, in monstris procuratum.'

V. Quintum est de fontibus Gratianopolitanis. de quibus simul et latex emanat et ignis. nam uidetur lymphis flammas superuoluere. hauris aquam de medio foci, nec ureris; bibis, nec incenderis; portas, nec ab igne cremaris. quod si rocum uetus admouetur, protinus ut flammas attigerit, comprehenduntur manus, quamquam, si in aquas miseris, non crematur. hinc Hilarius quidam ait

'si uere exurunt ignes, cur uiuitis undae?

. Neptunius] *cf. Solin. c.* 5, *Cluu. Sic. ant.* 1, 6, 6. aethna). 2. idque sentire urbes propię (ę *adraso, ut uidetur*) *D*: *orrexit Godofredus Hermannus, cui* Centuriporum *propterea nagis placebat quam* Centuriparum, *quod* urbis *uocabuli muatio ex praecedentibus litteris* or *nata esse uideretur. et leitur* Centuripa *in itinerario Antonini p.* 93 *Wess.* 4. aehnam *D.* 8. limphis *D.* haurire *D.* 11. rocum] circcum). *in Illyriis supra fontem frigidum, quem cum Gratianopoliano Augustinus ciu.* 21, 7 *comparare uidetur, expansas uestes ccendi narrat Plinius h. n.* 2, 103 (106). rochum *genere neuro legitur in glossario Sangallensi saeculi noni* (*Diut.* 3, 226). *inc Graeculis* ῥοῦχον. roccus *masculinum creberrimum inde capitulari Nouiomagensi anni* 808, *p.* 153 *Pertz.* hroch, *prisam uocabuli Theotisci formam, Schmellerus commemorat gloss. Bau.* 3, 44, *neque rarum est in libris Latine scriptis* hroccus. *ognatum igitur* κρόκω. attigerint *D.* 13. Hilarius] *Areatensis, quem* uersus fontis ardentis *scripsisse Honoratus Masilieusis refert uit. Hil.* 11 (14).

si uere extinguunt undae, cur uiuitis ignes?
lympharum in gremiis inimicos condidit ignes,
communis ortus imperat alta manus'

et reliqua. o admirabile potentiae diuinae mysterium! una uena fontis et ignes producit et latices, scilicet ut cognoscant omnes dominationes et refrigerium uitae gloriosae et iudicium aeternae mortis adsistere intellegantque incendiis licentiam esse non datam ad nocendum corpus humanum, quia per iudicium, si peccato obnoxii fuerint, accepturi erunt perpetualiter exurendum.

VI. Sextum est illud, quod licet ante ista dei opera fuerit conditum, tamen pro ratione huius rei profertur extremum, hoc est quod solis officio creator omnium deus praecipit celebrari. nam non sine grandi admiratione cernitur quia ipse sol omnibus diebus quasi famulans mundo ingerit lumen, quod orientem occidentemque praelustrat, quod calore suo terram fecundans fruges gignere facit.

VII. Septimum miraculum est qualiter luna inter quinis diebus uel crescit ad integritatem uel exiguitate minuitur. et admiramur et illud, quod stellae illa oriente apparent, decedunt occidente, et quaedam ex his in medio caeli apparentes, quaedam Aquiloni propinquantes in circuitu rotentur nec rectam faciant uiam, et quaepiam toto uideantur anno, quaepiam menses, in quibus appareant, habeant definitos, de quo cursu deus iu-

1. extingunt *D*. 6. dominationis *D*. 29. deffinitos *D*.

beat uelim de quanto experimentum accepi rationem nescientibus dare: sed nomina, quae his Maro uel reliqui indiderunt poetae, postpono, tantum ea uocabula nuncupans, quae uel usitate rusticitas nostra uocat uel ipsorum signaculorum exprimit ordo, ut est crux, falcis, uel reliqua signa, quoniam ego in his mathesim non doceo neque futura perscrutare praemoneo, sed qualiter cursus in dei laudibus rationabiliter impleatur exhortor, uel quibus horis qui in hoc officio attente uersari cupit debeat nocte surgere uel dominum deprecari. finit. deo gratias.

DE GENERIBVS NOMINVM.

Canis generis feminini, ut Virgilius 'rapidae uenantis Iuli Commouere canes.'

Culter generis masculini, ut Virgilius 'subponunt alii cultros.'

Cardo generis masculini, de cardine, ut Prudentius 'cardo dissolubilis.'

'Clunes generis feminini, ut Scaeuola 'lassas clunes.'

Colostrum generis neutri, ut Martialis, ut qui 'colustrum luteum,' et Plautus 'meum mel, mea colostra.'

1. Capis *E.* Virgilius] *Aen.* 7, 493. rapide *E.* 3. Virgilius] *Aen.* 6, 248. 4. cultrus *E.* 5. Prudentius] *cath.* 9, 72. 7. *Charisius p.* 78 *P.* clunes feminino genere dixit Melissus et habet auctorem Laberium, qui in Ariete sic ait vix sustineo clunes Scaeuola et Horatius et lassas clunes. *scripsisse Charisium puto* 'uix sustineo clunes ......' et Horatius (*serm.* 1, 2, 89) 'pulcrae clunes' et Scaeuola 'lassas clunes.' *ex Laberii uerbis excidit adiectiuum. Q. Scaeuolam inter poetas lasciuos commemorat Plinius ep.* 5, 3. 9. Colustrum *utrobique et* colustra *E.* Martialis] *lemmate* 13, 38. 10. Plautus] *Poen.* 1, 2, 174.

Currus generis masculini et ideo diminutiue curriculus. nam Cicero curriculos et curricula dixit.

Crocus generis neutri. sed Macer Aemilius 'pallentesque crocos.'

Crystallum generis neutri, ut Ouidius 'currus crystallo lucidus alba.'

Corticem priores genere feminino dixerunt, sed nunc masculino genere dici debet, ut Ouidius 'rupto cortice' et Virgilius 'tegmina quis capitum raptus de subere cortex.'

Caseus generis masculini, ut Virgilius 'pingues premere caseos.'

Culmus generis neutri, ut Nepos uult. Cicero autem 'eruunt breues culmos.' ergo non neutrum nec femininum, sed masculinum, ut Varro 'in tritici culmo.' Virgilius dixit 'mala culmos.'

Cutis generis feminini, ut Sidonius 'ut solidet calidam frigida lymfa cutem.'

1. *cf. Charisius p.* 59 *P.* 4. Crocus] *immo* Crocum. 5. crocos] crocus *E.* 6. Cristallum *E.* ut] *aut* sed *aut mox* albo. Ouidius] *in carmine amisso, si nomen uerum.* cristallo lucedus *E.* 9. Ouidius] *am.* 1, 14, 12 'derepto cortice.' 10. Virgilius] *Aen.* 7, 742. 11. subore cortix *E.* 12. Virgilius] *ecl.* 1, 34 'pinguis — premeretur caseus.' 14. nepus *E.* Cicero] *fortasse in oeconomicis. cf. Xen. oec.* 18, 2 *ἢν μὲν βραχὺς ᾖ ὁ κάλαμος τοῦ σίτου, ἔγωγ', ἔφην, κάτωθεν ἂν τέμνοιμι, ἵνα ἱκανὰ τὰ ἄχυρα μᾶλλον γίγνηται.* 15. erunt breues culmus *E.* 16. Varro] *in amisso libro?* 17. Virgilius] *ge.* 1, 150 'ut mala culmos Esset robigo.' 18. culmus *E.* 19. Sidonius] *carm.* 19, 2. solidit *E.*

Cingula generis feminini, ut Ouidius 'noua uelocem cingula laedit equum.'

Culleum generis neutri, ut Cato 'cullea uini.' dicunt alii culleos, sed non recipitur.

Cineres masculini, ut Virgilius 'Iliaci cineres.'

Cassidem generis feminini, ut Propertius 'aurea cui postquam nudauit cassida frontem.'

Carmen generis neutri, ut Valentinus 'nullus mea carmina laudat.'

Conubium generis neutri, ut Iuuencus 'si quis conubia rumpit.'

Caput generis neutri, ut Sidonius 'et mihi ut uiuam capita tolle tria.'

Culmen generis neutri, ut Sidonius 'tolluntur culmina cono.'

Concilium generis neutri, ut Virgilius 'concilium sacrum.'

Conuitium generis neutri, ut Seuerus 'euomuit mille conuitia.'

Corpus generis neutri, ut Virgilius 'corpora natorum sternuntur limine primo.'

1. Ouidius] *rem.* 236. 2. equus *E.* 3. Cato] *cf. Varro r. r.* 1, 2, 7. 5. Virgilius] *Aen.* 2, 431. aliaci *E.* 6. Propertius] Prudentius *E: u. Prop.* 4, 11, 15. *desumptus hic uersus e Charisio p.* 79 *P. inde* cassidem *in lemmate.* aurea *E.* 10. Iuuencus] 1, 567 (532). cunubia *E.* 12. Sidonius] *carm.* 13, 20 'hic capita, ut uiuam, tu mihi tolle tria.' 14. Sidonius] *carm.* 18, 3. 16. Virgilius] *Aen.* 11, 234 'concilium magnum.' 18. Seuerus] *dial.* 3, 15. euomitum ille *E.* 20. Virgilius] *non repperi uersum.* corpora natorum *habet Aen.* 2, 214. 6, 22. *fortasse memoria grammatici Aen.* 2, 364 *ss. et* 6, 427 *confudit.*

Callis generis masculini, ut Prudentius 'recto calle lineam.'

Calor generis masculini, ut Lactantius 'flammam parturit ipse calor.'

Candor generis masculini, ut Prudentius 'candore tinguis lacteo.'

Calamus generis masculini, ut Seuerus 'diuisa calamis.'

Caligo generis feminini, ut Prudentius 'caligo terrae scinditur Percussa solis spiculo.'

Dorsum generis neutri, ut Virgilius 'dorsum inmane mari' et alibi 'dorsa caerulea.'

Dies apud Graecos generis feminini, a nobis autem masculine et promiscue dicitur. nam apud grammaticos alii putant masculini generis esse, eo quod dicimus hodie, quod est hoc die, alii feminini generis, quoniam quae ablatiuo casu ē littera producta finiuntur Latina, omnia feminina sunt, ut spes fides [caritas] facies.

Domus generis feminini, ut Virgilius 'at domus interior regali splendida luxu.'

Diadema generis neutri, ut Gracchus 'purpura et diadema.'

1. Prudentius] *cath.* 7, 50. 3. Lactantius] *phoen.* 96. 5. Prudentius] *cath.* 2, 70. 7. Seuerus] *frustra tale quid apud Sulpicium quaesiui.* 9. Prudentius] *cath.* 2, 5. 11. Virgilius] *Aen.* 1, 110. 12. alibi] *si Virgilium intellegit grammaticus, obuersabantur ei* caerula colla *Aen.* 2, 381. 16. quod est hoc hodie *E.* 17. cassu ē litt. e producta *E.* 20. Virgilius] *Aen.* 1, 637. 21. interius regales *E.* 22. gracus *E.* *an* purpuram?

Dolus generis masculini, ut Iuuencus 'hic dolus inimice tuus.'

Dapis generis feminini, ut Iuuencus 'quae dapis.'

Diploidis generis feminini, ut 'diploidem suam.'

Diurnum dicitur quod per singulos dies fit.

Ebur generis neutri, ut Virgilius 'inflauit cum pinguis ebur.' unde et eburnea, non eburrea dicendum.

Eculeus generis masculini, ut Cicero 'inequitauit eculeus.'

Erinacius, non ericius. tamen Rabirius 'portarumque fuit custos ericius.'

Error generis masculini, ut Iuuencus 'nam tibi praeteritus uitae donabitur error.'

Echinus generis masculini, ut Horatius 'ostrea Circeis, Miseno oriuntur echini.'

Elefantus generis masculini, ut Rabirius 'ac ueluti Numidis elephas circumdatur altus.'

Effigies generis feminini, ut Prudentius 'prisca renascitur effigies.'

Fons generis masculini, ut Prudentius 'purusque fons ab aethra.'

